





דָּנִיֵּאל נֹלֵל אֶת־נְלָהּ פִּתְרָה:  
 אִירָה:  
 i. e.

**DANIEL AD DE-  
 UM ORANS,  
 PRO REMISSIONE PECCATO-  
 RUM POPULI SUI,**

Ex ipsius DANIELIS Capite IX. Commate 18. 19.

Wir liegen vor dir mit unserm Gebeth / nicht auff un-  
 sere Gerechtigkeit zc. biß: nach deinem Nahmen genen-  
 net.

TEXTU scilicet MATUTINO

POSTERIORIS DIEI POENITENTIALIS currentis anni 1706.

*ad diem XVII. Sept. ♀ ante XVI. Dom. Trin. celebrandi,*

**A SERENISSIMO, POTENTISSIMOQUE PO-**

**LONIAR. REGE, ET ELECTORE-SAXONE,**

**PER REVERENDISSIMUM PROTOSYNE-**

**DRIUM DRESDENSE**

Ad publice explanandum demandato,

*Per Theologiam Exegetico-Thetico-Polemico-Ethico-  
 Homileticam,*

*Ex optumis quibuscunq; in Daniele scriptis Commentariis,*

*In DEI laudem & Proximi salutem*

*Vivis depictus coloribus*

à

**JOHANN-CAROLO POËTIO,**

Philos. Magistro, & Verbi DEI in Eccles. Valdkirchenf,

Ministro.

L I P S I Æ,

Literis & impensis VIDUÆ B. Brandenburgeri.

VIRIS

PER ILLUSTRIS ac GENEROSISSIMO,  
SUMME REVERENDIS, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS, EXCELLENTISSIMISQUE,

*Regio-Electoralis Supremi Consistorii Ecclesiastici Dresdensis*

PRÆSIDI EMINENTISSIMO,

CÆTERISQUE CONSILIARIIS & ADSESSORIBUS GRAVISSIMIS,

Domino Meo Gratosissimo,

*Dominis, in Christo Patribus, Patronis, ac Studiorum suorum Promotoribus post DEUM Opt. Maximis,*

PIETATEM & OBSERVANTIAM

declaraturus

D. D. D.

AUCTOR,

DOMINE GRATIOSISSIME,  
DOMINI, ET IN CHRISTO PATRES,  
PATRONI & PROMOTORES UNICE OBSERVANDI.

LUNA PLENA

Nocturno ac sereno coelo  
Argenteum spargit candorem,  
Et, uti de illa non nemo cecinit:  
NIVEUM DAT VISA DECOREM,

PLENA HÆC LUNA

Fuisti, es, & eris mihi  
TU REVERENDISSIMUM PROTO-SYNEDRIUM.  
Splenduiſti quippe pleno Lumine, splendes, & splendebis,  
Ni fallor, mihi  
Ceū Phoebus & Jubilum, poſt ſortis meæ nubilum.  
Cur itaq; ad ſecurum hocce Aſylum,  
Veluti ad ſacram confugiens anchoram,  
Non depingerem LUNAM coelo nocturno late micantem,  
Addito PICINELLI Lemmate:

LUMEN EUNTI?

Cum COLLEGIUM HOC ILLUSTRISSIMUM,  
Per vitæ hujus tenebras mihi EUNTI  
LUMEN manſerit, ac manebit SERENISSIMUM.  
Gratam ergo animi pietatem,  
Et ſubmiſſam, in commemoranda hac GRATIA CONSI-  
STORIALI plane ſingulari, obſervantiam  
E LUNA diſco,  
Quæ radiis undiquaq; circumfuſa, intuente SOLE,  
A quo reſplendet, candide fatetur,  
Interprete SAAVEDRA:

*LUMINE SOLIS;*

Aut idiomate Hispanico :

*POR TI MI RESPLANDOR.*

Non aliter, ac *LUMINE SOLIS PROTO-SYNEDRIALIS*

Me vivere & vigere confiteor.

Quamdiu enim *SOL* iste *COSMICUS* illustrabitur à *SOLE URANIO*,

Dependet à *SOLE ISTO*, in *SOLO* terrestri, fortunæ meæ *LUX*,

Hinc cum *LUNA* sollicitè, nec sine reverentiæ nota

*Cavere volui,*

*NE SOLI ILLUSTRISSIMO CONSISTORIALI,*

Ceu *TUTELARI* ac *MECÆNATI MEO*, post Deum, *O. M.*

Unquam ingratitude latera,

Sed continuo faciem meam hilarem directe obvertam,

*h. e. leve & breve Tractatum huncce Theologicum*

*Humillime insinuem*

Cum *BARGALII* Epigraphe:

*IN IPSUM CORNUA NUNQUAM.*

Faxit *ORIENS EX ALTO*,

*SOL ISTE IN POLO & SOLO FULGENTISSIMUS JESUS,*

Ut *REVERENDISSIMUM PROTO-SYNEDRIUM*

*Lumine & acumine terrestri & coelestis benedictionis*

*Amabili atq; delectabili,*

*Illuminatum impleatur,*

*Sicut*

*LUNA PLENISSIMA.*

Dab. è Museo meo ValdkirchI

*XV. Kalendar. Julii 1706.*



*Pfab. CXVIII, 25.*

אָנא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נַפְשִׁי אֲנִי יְהוָה בְּגִילְתִּי וְנִשְׁמַחְתִּי  
בִּי:

§. I. PRÆLOQVIUM EMBLEMATICUM.

Haud absolum *pœnitentiæ symbolum* nobis est COLUMBA, ô pia corda Metanoëtica! COLUMBA enim *S. Bernardi Hugonis Cardinalis, aliorumque* concordî sententia, gemitus & planctus edere affolet, hanc tenens PICINELLI ( *è Mundo Symbolico* ) epigraphen:

GEMITIBUS GAUDET.

Sie sucht im Heulen ihre Freud/  
Und trägt um ihre Jungen Leid.

Ita quivis verus *pœnitens*, instar COLUMBÆ, propter commissa crimina, assiduos contriti pectoris gemitus & suspiria eructat, juxta S. NILI parænesin: Quæcunque inique fecisti, omnia cum gemitibus recordare, oritur enim hinc animæ continua compunctio, & secundum ipsissimam S. BERNHARDI confessionem: Cum vespera ingruerit, non deerit sacrificium vespertinum, cum instar Columbæ, gemens lachrymas fundam in tribulatione. Præprimis autem hæc *Columbina icon* religiosum spectat *animarum Pastorem*, qui tam pro suo, quam suarum ovicularum peccato, veluti COLUMBA, perpetuos & *pœnitentia* plenos ad DEUM T. O. M. emittat gemitus. Ta-

lis autem erat DANIEL-*Propheta*, qui in *Textu nostro* pœnitenti-  
 tiali, Jussa Regio-Electorali Saxon. publice hodie ex-  
 planando, non tam pro se, quam sui populi delictis, eo-  
 rumque benigna condonatione Deum orans, ejusque mi-  
 sericordiam exorans ait: Wir liegen vor dir mit unserm  
 Gebeth = = = bis: deine Stadt und dein Volk ist nach deinem  
 Nahmen genennet. Nonne itaque de COLUMBINO  
 hoc & sincero Danielis erga suum populum corde & animo,  
 jure meritoque diceremus?

GEMITIBUS GAUDET,

Er sucht im Seuffzen seine Freud/

Und trägt Gott vor des Volckes Leid.

De quibus devotissimis devotissimi DANIELIS gemitibus Columbinis, h. e. oratoriis & deprecatoriis, plura B. C. D. & dicturi & audituri, oremus, oremus inquam, cum orante DANIELE, ut post peccatum pœnitentiam, post pœnitentiam autem clementiam nobis largiatur clementissimus Jehovah! Hinc gemitibus ingemiscite: Pater noster, qui es in cœlis &c.

§. 2. TEXTUS DANIELIS IX. v. 18-19.

AVTHENTICUS, è Bibliis Hebr. Leusdenianis.

v. 18. כִּי לֹא עַל-אֲדֹנָי קָרַנְנוּ מִבְּרִיִּים תַּחֲנוּנֵינוּ לְפָנֶיךָ  
 כִּי עַל-רַחֲמֶיךָ הָרַבִּים:

v. 19. אֲדֹנָי שְׁמַע-אֲדֹנָי סְלַח-אֲדֹנָי הַקְּשִׁיב-וְעֲשֵׂה-  
 אֵל-תְּאֵחָר לְמַעַן אֲדֹנָי כִּי שָׁמַךְ נִקְרָא עַל-עִירְךָ  
 וְעַל-עַמְּךָ:

i. e. juxta B. D. Seb. SCHMIDII Danielem, è Fontibus translatum, proque Chaldaicæ linguæ Studiosis separatim editum. p. m. 16.

V. 18.



v. 18. *Quia non super justitiis nostris deponimus nos preces nostras coram Te, sed super miserationibus Tuis multis.*

v. 19. *Domine, audi, Domine condona, Domine attende, & fac, ne morare; propter te, DEUS mi, quia nomen Tuum vocatur super urbem Tuam & super populum Tuum.*

SEPTUAGINTA VIRALIS, è Bibliis Grecis, fol. 953.

v. 18. Ὅτι ἔκ ἐπὶ ταῖς δικαιοσύναις ἡμῶν ῥιπῆμεν τὸν οἰκτιρισμὸν ἡμῶν ἐνώπιόν σου, ἀλλ' ἐπὶ τῆς οἰκτιρῆσός σου τὰς πολλὰς κύριε.

v. 19. Εἰσάκουσον κύριε, ἰλάσθητι κύριε, πρόσχες κύριε· μὴ χρονίσῃς ἐνεκὸν σου ὁ θεὸς μου, ὅτι τὸ ὄνομά σου ἐπικέκληται ἐπὶ τὴν πόλιν σου, καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν σου.

E TRANSLATIONE PAGNINI.

v. 18. *Non in justitiis nostris prosternimus deprecationes nostras in conspectu Tuo, sed in miserationibus Tuis multis.*

v. 19. *Domine exaudi, Domine parce, Domine attende, & fac, ne moreris, propter te ipsum DEUS meus: quia nomen tuum invocatum est super civitatem tuam, & super populum tuum.*

EX VERSIONE VULGATI.

v. 18. *Neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.*

v. 19. *Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac*

*Et fac, ne moreris propter te metipsum DEUS meus, quia nomen tuum invocatum est super civitatem, Et super populum tuum.*

*JUXTA VERSIONEM ANGLICANAM.*

v. 18. (*O my God, encline thine ear and haer, open thine eyes, and behold our desolations, and the city, vvhich is called by thy name*) for vve do not present our supplications before thee for our righteousnesse, bat for thy graat mercies.

v. 19. *O Lord haer, o Lord forgive, o Lord hearken and do, defer not, for thine own sake, O my God: for thy city, and thy people are called by thy name.*

*Nach des seel. Herrn D. LUTHERI teutscher Uebersetzung.*

v. 18. Wir liegen vor dir mit unserm Gebeth / nicht auff unsere Gerechtigkeit / sondern auff deine grosse Barmherzigkeit.

v. 19. Ach HERR höre / ach HERR sey gnädig / ach HERR mercke auff / und thue es / und verzeuch nicht mein Gott / um dein selbst willen / denn deine Stadt und dein Volck ist nach deinem Nahmen genennet.

## §. 3. EXORDIUM è N. T. Eph. I, 16.

Μνείαν ὑμῶν ποιῶμεν ἐπὶ τῶν προσευχῶν μῶν. *Mentionem vestri faciens in orationibus meis.* Ich gedencke euer in meinem Gebeth. Ita, charissimi Auditores, illuminatissimus ille gentium Doctor, Divus Apostolus Paulus, plus quam paternum erga Ephesios suos testatur animum, ad preces pro eorum σωματοψυχευτυχία paratissimum. *Recordor, inquit, vestrum in orationibus meis, Ephes. I. v. 16.* Vel, uti alii vertunt, memoriam vestri facio in precationibus meis, quibus pro bonis conferendis, & malis avertendis ad Deum oro sedulo, juxta *Paraphrasin D. DIONYSII CARTHUSIANI, in Comment. ad omnes Pauli Epistolas, fol. m. LXXXIV.* Si antecedentia hujus versus verba paulo accuratius indagemus, gratias agit Paulus pro datis, & precatur pro obtinendis beneficiis, uti exponit ESTIUS ad h. l. Et ita gratiarum actio & precatio observatur ab Apostolo, illa pro præteritis & impetratis, hæc vero ad alia futura beneficia impetranda instituitur, juxta *Hug. GROTIUM ad h. l.* Nam ex cognitione fidei & charitatis Ephesiorum suorum, sapientiam, & omnia dona ac bona spiritualia, à DEO precatur Paulus, noverat enim, ea esse adjutrices omnium virtutum, explicante *SEDULIO SCOTO HYBERNIENSI in Collectaneo ad omnes Epistolas Pauli, fol. m. 77.* Hinc dignus amore ac benevolentia æstumatur Sanctissimus Apostolus, quia in bonis à DEO Ephesiis suis collatis delectatur, proque his, tanquam sibi collatis, Deo gratias agit, quia insuper preces fundit ad DEUM pro augmento præsentium bonorum, & pro aliis obtinendis, quod sane paterni amoris argumentum est, annotante ita *D. Bened. ARETIO, in Comment. h. l. p. m. 28.* Indicat hisce Apostolus, quid maxime in votis habeat, eos scire atque intelligere, nimirum spem vocationis, divitiasque gloriosæ hæreditatis sanctorum, & magnitudinem divinæ potentiae erga credentes in Christum, hinc

B

ora.

orationem suam dirigit ad DEUM pro iis, ut DEUS Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det illis spiritum sapientiæ & revelationis in agnitione sui, illuminatos mentis oculos, ut sciant, quæ sit spes vocationis ejus &c. prout enodat hæc D. Joh. CLUVERUS, in *Orthotomia Apostolica omnium Quatuordecim Epistolar. Paulinar.* p. m. 288. Audierat in vinculis Paulus, constantem Ephesiorum suorum fidem in Christum, & charitatem erga Sanctos & proximum, quod neque corrupta sit à Pseudo-doctoribus, neque turbata per sua vincula, v. 15. ideo DEO gratias agit pro ipsis, simulq; pro eorum incremento fidei & cognitionis Christi precatur devotus ad DEUM, quæ explanatio est B. Doct. Christiani CHEMNITII, in *Comment. ad omnes Pauli Epistolas*, è recensione D. Jo. Ern. GERHARDI, p. m. 49. Und solchergestalt dancket der zu GOTT herglichen / um den Geist der Weißheit für seine Epheser / betende Paulus / seinem GOTT für die vielfältigen Wohlthaten / die wir von Gott durch Christum erhalten / daß er dieselbigen auch seinen Ephesern habe wiederfahren lassen wollē / und betet inbrünstig / Gott wolle solche Wohlthaten ie mehr und mehr in ihnen ausbreiten und vermehren ; Und diß ist eben die Art treuer Seelen-Hirten / sie hören nicht auff / zu Gott / vor ihre Gemeinde zu beten / weil sie schon wissen / was vor Gutes das ihren Zuhörern bringet. Das Gebeth des Gerechten vermag viel / wenns ernstlich ist / Jac. V, 16. Es dringet durch die Wolcken / und läßt nicht nach / biß der Höchste drein sehe. Samuel sagte / das sey ferne von mir / daß ich solte auffhören für euch zu beten / 1. Sam. XII, 23. Wie betete Abraham für Sodom ? Gen. XVIII, 23. seqq. Moses für seine Gemeinde / Exod. XXXII, 11. Daniel / cap. VI. & IX. Elias / 1. Reg. XIX. Jeremias für sein Volk / Jer. IX. Der seelige Vater Lutherus sagte oft / daß so lang er lebte / solte wohl sein

sein

kein Krieg im Teutschen Reich entstehen/ weil sein Gebeth nicht würde unerhört bleiben/ so bald er sein Haupt geneiget/ da gieng der Verm an. Also ist's geschehen/wenn fromme Beth-Seulen/ d. i. treue Lehrer und Prediger weggerißen werden durch einen seel. Todt/ von ihren Zuhörern/ daß niemand ist/ der sich zur Mauer macht/ und wider den Riß stehe/ Ezech. XXII, 30. Oder wenns gar so weit mit einem Lande kommen ist/ daß sich Gott resolvirt: Wenn auch Noah/ Hiob und Daniel vor mir stünden/ so will ich doch beyde Menschen und Vieh darinnen ausrotten/ Ezech. XIV, 14. Da stehets aus der maß kläglich: Darum haben alle Christen noch zu erkennen/ was Lehrer und Prediger an ihnen thun/ denn sie beten und wachen für ihre Seelen/ Hebr. XIII, 17. *Ceu hæc solide enucleat Præclariff. Dn. M. Andr. GLEICHIUS, Concionator Aulicus Saxon. merentissimus, in sr. teutschen Erklärung der Epistel Pauli an die Epheser/ p. m. 125. seqq.*

TRANSIT. AD TEXTUM. Quem igitur amoris adfectum *Paulus Apostolus* testatur *erga suos Ephesios in Novo Testamento*, dicens: se meminisse eorum in oratione sua ad DEUM directa pro aversione mali, & accensione boni, h. e. pro omnimoda & corporis & animæ eorum incolumitate. Ich gedencke euer in meinem Gebeth. Eundem etiam plus quam paternum & sollicitum animum manifestat *Daniel Prophetæ* populo Judaico *in Veteri Fædere*, h. e. *in nostro Textu* Metanoëtico hodie explanando, orans pro benigna peccatorum eorum condonatione, pœnarum promeritarum aversione, & gratiosa exauditione, exoransq; voto devoto clementiam Divinam omnia mala averuncantem, cum inquit: Wir liegen vor dir mit unserm Gebeth - - - Ach HErr höre/ ach HErr sey gnädig/ ach HErr mercke auff - - - denn deine

B 2



piissima illa Rahel dicens qs. דַּנַּנִּי אֱלֹהִים (Dananni Elohim) **G**ott hat meine Sache gerichtet/ Gen. XXX, 6. h. e. Deus me Danielelem, inviolatum leonum faucibus eripuit. Hinc etiam Archangelus ille Gabriel, eum notabili plane ac delectabili nomine ac titulo adpellat **CHARUM VIRUM**, einen lieben Mann/ Tu, inquiens, Dan. IX, 23. *amatus es ac honoratus Vir*, du bist lieb und werth für den Augen **G**ottes/ vertente **LUTHERO**, & **THEOLOGIS VINARIENS**. In SS. **FONTIBUS** dicitur אִישׁ-הַמְדַּרְרִית, *Vir desideriorum*, ein höchsterwünschter und verlangter Mann/ den er so lieb und werth hatte / als immermehr ein verleckert Maul eine niedliche Speise halten kan/welche furvorher in diesem Capitul v. 3. לֶחֶם הַמְדַּרְרִית Brodt / das man sehr verlangt/ und begehret/ genennet wird/welchen Titel er ihm bald hernach / cap. sequ. X. v. 19. noch einmahl zuleget: Fürchte dich nicht/ du lieber Mann/ Friede sey mit dir/ und sey getrost. (bis emphatice positum) Er will gleichsam zu ihm sagen: weil er so werth für **G**ottes Augen sey/ müsse er auch herrlich seyn/ und **G**ott habe ihn lieb/ Jes. XLIII, 4. explicante ita *B. Dno. Doct. Jo. Bened. CARPZOVIO, Lips. P. P. Theologo prorsus incomparabili, in concione funerali super b. l. 1695. habita, fol. m. 13. Vel, uti alii exponunt, erat DANIEL noster vir excellens, & magnæ reputationis in oculis DEI, כָּלֵךְ מִהַמְדַּרְרִית, Totus ipse desideria, ganz erwünscht und angenehm seinem **G**ott/ Cant. V, 16. Vid. *D. CALIXTUS in Expos. Orac. de LXX. Interp. p. m. 53. Ubi ergo persona orans Deo dilecta & magni æstimata est, ibi etiam ejus oratio non potest non DEO placere, & inaudita manere nequit.**

§. 5. Quemadmodum igitur prælaudatus noster **DANIEL** talis populi sui pressi apud **DEUM** Orator fuit & exorator devotissimus, in Textu nostro sic orans: **HERR** wir liegen

für dir mit unserm Gebeth ꝛ. ꝛ. Ita notetur, ex instituto nostro hujus Orationis;

I. προσφώνησις, seu ALLOCUTIO, alloquitur enim Daniel Dominum Deum suum, ut patet è præcedenti v. 16. Ach **HERR**/ um aller deiner Gerechtigkeit willen / wende ab deinen Zorn und Grimm von deiner Stadt Jerusalem ꝛ. & v. 17. Und nun/ unser **GOTT**/ höre das Gebeth deines Knechtes ꝛ. it. v. sequenti 19. qui est noster Textualis: Ach **HERR** höre/ ach **HERR** sey gnädig/ ach **HERR** mercke auff ꝛ. und verzeuch nicht um dein selbst willen mein **GOTT** ꝛ. De quo Titulo *infra plura dicturi erimus.* Hunc autem Dominum DEUM suum adorat DANIEL h. 1.

a) κατ' ἄρα, NON PROPTER SUAM, SUORUMQUE JUSTITIAM. T. v. 18. Wir liegen vor dir mit unserm Gebeth/ nicht auff unsere Gerechtigkeit. Non enim in justitiis nostris, vel, propter justitiam nostram, vertunt JUNIUS, TREMELLIUS & PISCATOR, vel: propter justitias nostras, uti habet VATABLUS, aut: freti justitiis nostris, juxta CALVINUM, nos prosternimus preces nostras coram te, vel in conspectu tuo, è Translatione PAGNINI, MÜNSTERI, & PISCATORIS, simulq; ARIEMONTANI & CALVINI, vel: nos procidentes deprecamur te, vertente JUN. & TREMELL.

§. 6. Post Versiones adductas varias, EMPHASES FONTIUM, ac NOTÆ PHILOLOGICÆ observandæ veniunt. In FONTIBUS sonant hæc Textus verba ita:

כי לא על צדקתינו אֲנַחְנוּ מִפְּנֵיךָ תְהַרְגֵנוּ לְפָנֶיךָ:

i. e. Quoniam non super justitiis nostris deponimus nos preces nostras coram facie tua: Singula verba merentur, accuratius investigari: ׀ est particula causalis, seu rationalis, QVIA, QVOD, PROPTEREA, in Hebraismo, ut ὅτι in Hellenismo

fmo



Imo interdum est particula confirmandi, pro CERTE, vel UTIQUE, exponente ita Ludov. de DIEU. Vim etiam illationis seu consecutionis habet, & recte exponitur particulis, IDEO, IGITUR, aut similibus, & occurrunt alibi similia exempla, videantur MOLLERUS in Psalmum 106. & POSSELIUS in Syntaxi Conjunctionum p. m. 300. לֹא עַל צְדָקָתֵינוּ. Non si per justitiis nostris: צְדָקָה Justitia, legitur Deut. XVI, 20 Hinc צְדָקָה CHALDAICE, צְדָקָה SYR. צְדָקָה ARAB. Per has justitias intelligunt RABBINI, SYRI, & ARABES eleemosynam, quæ ex justitia & benignitate proficiscitur, & ex qua justii cognoscuntur, & non raro etiam misericordiam, ut Dan. IX, 16. quam obrem hodierni Judæi Zedakah, justitiam, vocant, non solum quia debent elargiri e bonis juste acquisitis, sed etiam, quia justum & rectum est, ut erogentur, Prov. III, 27. vid. CAMERARII *Prælectiones ad Philippenses*. Quando conjunguntur צְדָקָה וְצִדְקָה Judicium, & justitia, significant duas judicii partes: quarum una צְדָקָה consistit in condemnatione, seu punitione impiorum; altera צִדְקָה Justitia, in defensione justorum, Gen. XVIII. Conf. *Eduard. LEIGHII Critica sacra*, P. I. p. m. 340. seqq. SEPTUAGINTA INTERPP. adhibent vocem: δικαιοσύνην, vertentes hæc Textus verba: ὅτι ἔκ ἐπι δικαιοσύνης ἡμῶν. His GRÆCIS est δικαιοσύνη ipsa animi integritas, & qualitas nobis inhærens, ceu animadvertit ALSTEDIUS, vel est sanctitas & innocentia, per quam sancte vivimus, & placemus DEO, vel bonis viris, juxta DANAEUM, *lib. IV. de Fide* cap. 27. In Scriptura S. latissime sumitur & significat veritatem & fidelitatem, interdum bonitatem & misericordiam, annotante SPANHEMIO. Nos:] צְדָקָה ab צְדָקָה plural. צְדָקָה & cum Aphæresi צְדָקָה quæ forma tertantum reperitur, Gen. XLII, 11. Thren. III, 42. Num. XXXII, 32. Semel scribitur צְדָקָה quod juxta vocales legendum צְדָקָה Jer. XLII, 6. juxta literas esset צְדָקָה quæ forma Rabbinis

binis

binis usitata. Chald. plur. נִתְחַנְּנוּ nos, legitur in antecedente Danielis nostri capite III, 16. uti observat *BUXTORFFIUS* in *Lexico Hebr. Chald. p. m. 39.* מִפְּרִיָּם *deponimus*:) a rad. נָפַל deposuit, dejecit, demisit, procidit, dejecit, prostravit, ita ut sensus sit: Deponimus, dejicimus, demittimus, procidimus, prosternimus preces nostras coram TE, Domine. *LXX.* ἸΝΤΕΡΡΡ. vertunt πρὸς τὸ ἄνω projicimus, a πρὸς πρὸς πρὸς, projicio, emitto. תְּחִנְּנוּ preces & deprecationes nostras: ] sicuti & legitur Dan. IX. v. 17. אֶל־תְּחִנְּנוּ Et ad deprecationes ejus. לְפָנֶיךָ coram facie tua: ] Nomen פָּנִים plurale tantum, facies, aspectus, conspectus, a singulari פָּנָה inusitato, facies, in homine ita collocata, ut in quamvis partem verti & respicere possit, juxta *Ed. LEIGHII Criticam Sacram, P. 1. p. 323.*

§. 7. Investigatis *FONTIUM EMPHASIBUS*, & adductis Notis *PHILOLOGICIS*, ad ipsos *COMMENTATORES* super hunc Textum nostrum evolvendos nos accingimus. Et quidem e *PONTIFICIIS Caspar SANCTIUS, in Comment. super Danielelem, edit. Lugd. fol. 1619.* ita explicat: Prosternimus preces: ] Modus hic loquendi familiaris est Hebræis, quo deprecatio significatur humilis & supplex. Prosternit namque preces, qui se ad alicujus pedes precaturus advolvit, qui ponit in pulvere os suum, quique de terra loqui videtur, quia sese in terram supplicem abjecit. Hoc dicendi modo usus est Jeremias c. XXXVIII. Prostravi ego preces meas coram Rege. Et paulo aliter, eodem tamen sensu, cap. XXXVII, 7. Si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini. Hic porro orantis habitus pudorem ostendit ejus, qui se alium offendisse cognoscit, & cujus oculos, præ confusione subire non audet. Qua de re apud profanos exemplorum satis, e sacris unum aut alterum cape, 2. Reg. II. Abner ad Israel: Recede, & noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & le-

& levare non potero faciem meam ad Joab fratrem tuum, lib. 1. Esdræ cap. IX. v. 6. Deus meus, confundor, & erubescō levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt. Lucas cap. XVIII. de publicano: nolebat nec oculos suos ad levare. *E REFORMATIS, D. Pauli TOSSANI Glossa* hæc est: Wir liegen vor dir ꝛc.) Wir werffen unser Gebeth für dir nieder / oder lassen unser Gebeth für dir nieder fallen / vid. Jer. XXXVI, 7. Ob sie vielleicht sich mit Beten für dem HErrn demüthigen wolten / und sich befehren / d. i. ob sie mit ihrem Gebeth vor Gott liegen und niederfallen wolten. it. Psal. CXLI, 2. Mein Gebeth müße vor dir tügen wie ein Räuch-Opffer ꝛc. Nicht auff unsere Gerechtigkeit:) Nehmlich auff die wir uns verliesen. *Hugoni GROTIŒ ad b. l.* ita lubet describere, quasi diceret Propheta: Non dicimus, nos fuisse innocentes, non negamus nos pœnam hanc promeritos, non defensione utimur, sed deprecatione, ut apud patrem: ignosce, si unquam post hac. Audiamus *Job. CALVINUM, in suis ad librum Prophetiarum Danielis Prælectionibus*, sic edisserentem fol. m. 122. b. Quod ad hanc loqvutionem pertinet, ubi dicit Daniel: populum suas preces coram Deo prosternere, scriptura videtur quodammodo pugnare secum, quoniam sæpe utitur diversa metaphora, quod scil. preces in coelum tollantur. Et sæpe occurrit loqvutio illa, Deus, elevamus vel attollimus preces nostras ad te. Hic autem, quemadmodum etiam aliis locis, Spiritus aliam loquendi formam dictat, nempe quod fideles vota sua & preces prosternant. Sed hæc duo optime inter se conveniunt, quia in precibus necesse est conjungi pœnitentiam cum fide. Pœnitentia autem homines prosternit deorsum, fides vero sursum ipsos attollit. Primo intuitu videntur quidem hæc non satis esse consentanea; sed si quis duo membra veræ & legitimæ orationis expendat, reperiet non

C

posse

posse vota ad preces in cœlum attolli, quin dejiciantur usq; ad inferos, ut ita loquar. Nam ab una parte ubi prodit peccator in conspectum Dei, necesse est, ut totus jaceat, imo evanescat quasi ex animis. Hic est pœnitentiæ effectus. Et hoc modo sancti prosternunt omnes suas preces, quoniam suppliciter agnoscunt se indignos esse, quos respiciat DEUS. Et talem imaginem nobis proponit Christus in publicano, quod scilicet, dejecto vultu pectus suum feriret, ac peteret veniam. Sic ergo prosternunt filii DEI suas preces, nempe humilitate, quæ ex pœnitentia nascitur. Attollunt autem preces suas fide, quia ubi Deus ipsos ad se invitat, dum testatur, se illis fore propitium, tunc sese erigunt, & superant omnes nubes, imo cœlum ipsum, ubi scilicet, præluet hæc doctrina, Tu DEUS es, qui exaudis preces, quemadmodum in Psalmo dicitur. Quoniam ergo statuunt fideles, Deum sibi esse propitium, ita audacter prodeunt coram facie ejus, & erectis animis precantur, quia sciunt placere Deo hoc sacrificium, quod illi offerunt.

§. 8. In medium nunc producendi sunt *NOSTRATES COMMENTATORES LUTHERANI*, ii que primum *LATINI*, deinde *GERMANICI*. Inter *Latinos* primum sibi vendicat locum, Communis ille Germaniæ Præceptor D. Phil. *MELANCHTON*, qui in suo ad *Danielem Comment.* hæc breves adjicit animadversiones Morales, p. m. 162. Congruit Paulus cum Daniele. Daniel inquit: Non in justitiis nostris prosternimus preces nostras, sed in miserationibus tuis multis. Sic & Paulus ait: Gratis salvati estis, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus &c. h. e. ex justitiis vestra. Sed ne quis fingat synecdochen, loqui eum de multis, non de omnibus, (sicut *ORIGENES* corrumpit dictum Danielis) nominatim dicit, cum confiterer peccata mea, & peccata populi. Sed ita est, peccati onus tantum sentiunt  
pii,

pii, alii securi contemnunt. Ut igitur Paulus tollit meritum, & contendit omnes sub peccato esse, item, inculcat particulam gratis, ita hic docet Daniel, inquit: Non in justitia nostra precamur te, deinde ut Paulus inquit, remitti peccata per gratiam, ita hic clamat Propheta: confugimus ad misericordiam, quæ magna est, & nominat mediatorem, inquit propter Dominum, & in textu nostro: Ne differ, propter te ipsum. Porro quoties fit mentio misericordiæ, correlative intelligenda est fides, qua statuimus, nobis contingere misericordiam. Omnino igitur cum Paulo congruit Daniel. Ita prodest in cæteris Prophetis consentientes sententias considerare, v. g. in Psalmis, quod omnes sint sub peccato, testantur hæc dicta: Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, item: delicta quis intelligit? Item: si iniquitates observaveris Domine, quis Domine sustinebit? *B. Dn. D. GEIERUS*, qui non ut *Vultur*, sed ut *Olor* candidissimus nobis hic advolat, in suis ad *Danielem prælectionibus* ἐξουρηθόμενος exponit, p. m. 708. seqq. *Neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam:*) Continuat adhuc petitum secundum atque tertium, v. 17. institutum: & sicut jam aliquoties propriam meminit indignitatis, ita & hic ejusdem non tam *DEUM*, quam se commonefacit denuo, quo omnis laus in meram Dei tandem redundet gratiam. Habemus itaque hic *a.) orantes*, nos, h. e. non ego solus atque unus Daniel, verum una mecum captivi cæteri, nostram abnegare hæctenus didicimus probitatem propriam: & sicut piorum est, intercedere pro aliis, ita absolum quoque non est, aliorum in suis precibus allegare commercium per locutiones plurales, ut ut de uniuscujusque expresso consensu non adeo infallibiliter constet, neque etiam expresse ab iisdem jussi simus, talia ipsorum nomine proferre. *β.) Oratio ipsa* effertur h. m. *Cadere facimus deprecationes nostras*

h. e. instar libelli supplicis humillime ad pedes tuos deponimus, quomodo eadem hæc phrasis occurrit etiam Jer. XXXIIX, 26. לפניו cadere faciens, vel deponens sui deprecationem meam coram Rege, ne detruderet me in domum Jochanan &c. c. XLII, 9. misistis me ad DEUM לפניו ad deponendum deprecationem vestram coram ipso, vide ibid. v. 2. c. XXXVI, 7. לפניו cadat quæso deprecatio nostra, vel locum obtineat apud te, & intercede pro nobis &c. Quorsum referri possunt gestus supplicantium, quoad pedes implorati devolvebantur, os suum in pulvere deponentes, & de terra veluti murmurantes. Confer Efr. IX, 6. DEUS meus, confundor, & erubesco levare faciem meam ad te &c. quorsum etiam pertinet publicanus, Luc. XIIII, 17.  $\gamma$ ) Adoratus est ipse DEUS, in cuius conspectu (לפניו coram facie tua) liberrime exponenda sunt omnia, & qui accuratissime perspecta habet verba nostra singula, Psalm. CXXXIX, 4.  $\delta$ ) *Causa movens* ponitur tum *κατ' ἀγῶν*, non ob justitias nostras, tum *κατὰ θεῶν*, sed ob misericordiam tuam &c. in subsequentibus. Per *Justitias* intelligitur hic omne illud, quod commendari alias tanquam legi conforme, aut virtuosum potuisset sive in Daniele, sive in ipsius coætaneis, sive in majoribus etiam jam defunctis, qua ratione etiam Jesaias in negotio simili talibus utitur verbis: c. LXIV, 5. quasi pannus menstruorum omnes justitiæ nostræ. Sensus proinde est: non ob ullam justitiam nostram, imo nec ob easdem universas cumulatim sumptas petimus audiri, verum &c. (vide, si lubet GATAKERI *Cinnum* p. 339, ubi observationem petit, pluralem etiam diminutionis causa poni, non ob justitiarum nostrarum ullam, Jes. XXVII, 11, non est populus intelligentiarum, h. e. nil quicquam intelligit, &c.) Et quanquam Jer. LI, 10, ita loquantur Judæi & Babylonia liberati ac reduces: Produxit Dominus justitias nostras; venite enarremus in Sion opus Domini &c. non tamen

men

men ibi respectus habetur ad DEUM, sed ad hostes Babylonicos, quorum læsio Judæis illata, erat iniquissima, & quorum intuitu Judæi erant innocentes. Quicquid ergo horum fuerit, diserte tamen Daniel remotam hic in precibus vult omnem justitiam humanam, ita, ut unice obtineant, ac evahantur justitiæ DEI jamjam commendatæ, v. 16. Domine, secundum omnes justitias tuas recedat ira tua &c. conf. v. 7. tua, Domine, est justitia, noster autem pudor faciei. *Philipp. Henr. FRIEDLIEBII, Theologi Stralsundensis, talis super hæc verba est animadversio Elenctica, in Comment. ad tota Biblia fol. m. 768.* Non super justitiis nostris precamur, verum super miserationibus tuis;) Hinc infertur, ait, bona opera nostra coram Deo nihil mereri, nec vitam æternam. Excipiunt Pontificii: Daniel non petiit vitam æternam, sed liberationem è captivitate, juxta BELLARMINUM. Sed &c. Vere hoc quidem dicitur, sed non infringitur argumentum. Si enim nostris justitiis ne quidem beneficium temporale, quale fuit liberatio de captivitate, meremur, quanto minus æternæ vitæ gloriam illis commerebimur.

§. 9. A NOSTRATIBUS COMMENTATORIBUS LATINIS progredimur ad GERMANICOS non-nullos. Ex iis autem THEOLOGI VINARIENSES ita interpretantur: Wir liegen vor dir/ Herr/ unser Gott/ in tieffster Demuth auff unsern Knien/ auff unsern Angesichtern/ nicht auff unsere Gerechtigkeit/ wir verlassen uns nicht auff unserer Werke Verdienst/ als ob wir um derselben willen könten erhöret werden/ sondern auff deine grosse Barmherzigkeit/ welche du allen Busfertigen und Gläubigen um des Reichs willen verheissen hast. Quæ verba Dn. M. WELHENMAYERO, in s. Busz. Gnaden-Prediger/ p. m. 669. h. m. lubet dilucidare: Wir liegen vor dir &c. nicht auff unsere Gerechtigkeit:) Die Betenden sind hier das

ganze Volck Gottes/ wir / spricht Daniel/ nicht ich allein/  
sondern auch mit mir alle Gefangene zu Babel und Per-  
sien/ hin und wieder zerstreuet; alle sind meines Sinnes/  
ja wir liegen vor dem Thron deiner Göttl. Majestät mit  
unsern Klag-Libellen und Supplicationen/ die wir zu dei-  
nen Füßen in aller Demuth niederlegen: Wir scheuen  
und schämen uns zu dir unsere Augen auffzuheben / mein  
Gott / denn unsere Missethat ist über unser Haupt ge-  
wachsen/ und unsere Schuld ist groß biß in den Himmel/  
Esr. IX, 6. Und demnach können wir keine Gerechtigkeit vor-  
schützen/ wir können uns keiner guten Wercke rühmen/  
und auff unser Guth- und Wohlverhalten nicht verlassen/  
wir sind allesamt wie die Unreinen/ alle unsere Gerechtig-  
keit ist wie ein unflätig Kleid; wir sind alle verwelcket wie  
die Blätter / und unsere Sünden führen uns dahin wie  
ein Wind/ Jes. LXIV, 6. *D. M. Andream OTTHONEM, in  
concionibus pœnitentialibus, conc. 8. p. m. 129. seqq.* ita explanan-  
tem reperimus: Es ist das Gebet Daniels ein recht demü-  
thiges Gebeth/welches aus diesen Worten zu erkennen ist:  
HERR/ wir liegen vor dir mit unserm Gebeth/ nicht auff  
unsere Gerechtigkeit:) Liegen/ oder gar sich auff die Er-  
de niederlegen/ war bey den Israeliten ein Kennzeichen  
theils grossen Unglücks und Elends / theils auch  
der Demuth/ für Gott dem HERRN dieselbe öffentlich  
zu bezeugen; Zum Exempel/ als wenn etwa Eltern so  
gewesen/ denen ihre Kinder krank worden/ und biß auff  
den Todt darnieder gelegen/ haben sie die innerliche Trau-  
rigkeit des Herzens / daß sie sich weder auffrichten/ noch  
trösten lassen können/ hiermit an den Tag gegeben/ daß sie  
sich auff die Erde niedergeleget / und gar jämmerlich und  
erbärmlich gethan haben/ wie an König David zu sehen/  
als sein Söhnlein / welches er mit der Bathseba gezeuget/  
p103



plötzlich in tödtliche Krankheit gefallen/ hat er so elend gethan/ daß er eine ganze Nacht auff der Erden gelegen/ und sich von seinen Hoff- Leuten nicht wollen auffrichten/ noch trösten lassen/ 2. Sam. XII, 19. Ingleichen auch/ wenn die Thyrigen durch den zeitlichen Todt sind weggenommen worden/ haben sie sich auff die Erde niedergeleget/ und etliche Tage damit im Sack und in der Aschen zugebracht. So istts auch ein Zeichen gewesen wahrer Buße/ daß sie sich auff die Erde und in die Asche geleget/ wie der König zu Ninive: So istts auch bey dem Gebet gewesen ein Zeichen sonderbahrer Demuth/ wie Moses bekennet/ daß er 40. Tag und 40. Nacht für dem Herrn gelegen/ und gebethen/ daß er die Sünde seines Volcks vergeben/ und ihrer schonen wolte. Also/ da die Kinder Israël geschlagen wurden für Ai/ hat Josua sich auff sein Angesicht niedergeleget auff die Erden/ Jos. VII, 6. Ingleichen auch Ezra, der Hohepriester/ ja Christus Jesus selbst/ als er ein hefftiges Gebet that vor seinem Leiden/ da fiel er vor seinem himmlischen Vater auff's Angesicht nieder zur Erden/ Efr. X, 1. Matth. XXVI, 39. Also thate nun auch hier Daniel in unserm Teert/ mit den andern Befangenen zu Babel/ nachdem sie eine so grosse Noth getroffen hatte/ daß sie niederfielen auff die Erde/ und also mit ihrem Gebeth vor Gott lagen. 2.) So legt er auch die Demuth am Tag mit diesen Worten/ da er spricht: Daß sie für Gott liegen/ nicht auff ihre Gerechtigkeit/ als wenn sie mit ihm pochten/ er habe ohne Ursach sie in ein so hartes Gefängniß legen lassen/ da er ihnen doch zuvor Freyheit vor allen andern Völkern zugesaget/ oder aber/ sie haben es wiederum/ nachdem sie gedemüthiget worden/ mit ihren guten Wercken wohlverdienenet/ daß er sie ihrer Schuld erlassen/ und sie aus dem Gefängniß erlöset müssen; sondern er spricht: sie liegen vor ihm

ihm

ihm auff seine grosse Barmherzigkeit. *A. B. Doct. Michael WALTHERO, in suis ad Danielelem Homiliis & quidem conc. septuagesima quinta, p.m. 212. sic enucleatur: Wir liegen vor dir mit unserm Gebet / nicht auff unsere Gerechtigkeit: ) Für Gott im Gebeth liegen heisset / ihn um seine Hülffe ersuchen mit Furcht / Reverenz, Ehrerbietung und Demuth / welches alles an denen am meisten verspüret worden / die die Allerheiligsten vor andern gewesen sind. Die haben sich in Ansehung ihrer eussersten Nichtigkeit und Unvollkommenheit / und in Betrachtung der hohen Göttl. Majestät / für der die Thronen und Herrschafften des Himmels erzittern müssen / in geringsten nicht verlassen auff ihre Gerechtigkeit / als welche mit Sünden befleckt ist / und für dem Allerhöchsten nicht bestehen kan / sondern rein und allein auff Gottes Barmherzigkeit / welche so groß und vielfältig ist / daß man sich wider alle Sündenmäckel und Gebrechen sicherlich darauff verlassen kan. Drum verließ sich auch unser Prophet darauff / und lebte der ungezweiffelten Hoffnung / Gott würde ihm und seinem Volcke barmherzig seyn. Damit hat er / als mit einem starcken Donnerseh'ag / zu Boden geworffen aller Menschen eigene Gerechtigkeit / dadurch sie wollen aus dem Gesetz / das durch die Sünde geschwächet ist / selig werden / und nicht der Gnaden Gottes allein leben / zuwider den klaren und lichten Sprüchen des Göttl. Wortts / dadurch aus dem wichtigen Handel der Rechtfertigung und Seeligmachung eines armen Sünders für Gott / der vermeinten guten Werke simpliciter & omni respectu, allerdings verworffen werden / denn wir sind te und alle wie die Unreinen / alle unsere Gerechtigkeit ist wie ein unreines Tuch / sagt Jesaias 64. Cap. und Christus zeuget von seinen Jüngern / Luc, XVII, 10. Wenn ihr schon alles*

les

les gethan habt / was euch befohlen ist / so spricht / wir sind  
 unnütze Knechte / wir haben mehr nicht gethan / als wir zu  
 thun schuldig waren / daher läst sich David hören / der  
 doch ein Mann war nach dem Bundsch des HErrn / im  
 CXLIII. Psalm, 2. HErr gehe nicht ins Gericht mit deinem  
 Knecht / denn für dir ist kein Lebendiger gerecht. Und im  
 CXXX. Psalm: So du wilt / HErr / Sünde zurechnen /  
 HErr wer wird bestehen? und weiset / worauff man sich  
 verlassen müsse / bey dir ist die Vergebung / daß man dich  
 fürchte. Israel hoffe auff den HERRN / denn bey dem  
 HErrn ist die Gnade / und viel Erlösung bey ihm. Er  
 wird Israel erlösen aus allen seinen Sünden. Eben dies  
 sen hohen Artickul treibet auch Paulus in seinen Episteln /  
 und meldet klarlich / Rom. III, 25. Wir mangeln alle des  
 Ruhms / den wir für Gott haben sollen / und werden oh-  
 ne Verdienst gerecht / aus seiner Gnade durch die Erlösung /  
 so durch Christum Jesum geschehen ist / welchen uns  
 GOTT hat fürgestellet zu einem Gnadenstuhl durch den  
 Glauben in seinem Blut / damit er die Gerechtigkeit / die  
 für ihm gilt / darbiere / in dem / daß er Sünde vergiebt /  
 auff daß er allein gerecht sey / und gerecht mache den / der da  
 ist des Glaubens an Jesum. Wie nun Abraham / Da-  
 vid / Daniel und Paulus gerecht und seelig worden sind /  
 so und nicht anders werden auch wir gerecht und seelig / daß  
 es bleibe bey dem Decret und Ausspruch / den die heiligen  
 Apostel auff ihrem Concilio zu Jerusalem gemacht / Act.  
 XV, 9. 10. 11. GOTT machet keinen Unterschied zwischen  
 uns und ihnen / sondern reiniget unsere Herzen durch den  
 Glauben. Was versuchet ihr denn nun Gott mit Auf-  
 legung des Jochs auff der Jünger Hälse / welches weder  
 wir / noch unsere Väter mögen tragen? sondern wir glau-  
 ben

D

ben

ben durch die Gnade des HErrn Jesu Christi selig zu werden/ gleicherweise wie auch sie.

§. 10. Sicuti itaq; Prophetanoster DANIEL, Dominum Deum suum in oratione sua adoravit huc usq;

a) Κατ' ἀγῶν, seu REMOTIVE, NON PROPTER SUAM, SUORUMQVE JUSTITIAM. T. Wir liegen vor dir mit unserm Gebet/nicht auff unsere Gerechtigkeit: Ita impræsentiarum orat ad Deum Vates noster:

β) Κατὰ θῆσιν, vel POSITIVE, SED PROPTER DIVINAM MISERICORDIAM. T. v. 18. Sondern auff deine grosse Barmherzigkeit. Quoad VERSIONES redditur à PAGNINO: Sed in miserationibus tuis multis, à VATABLO: propter miserationes tuas ingentes, à JUNIO: propter miserationes tuas amplissimas. Quoad PARAPHRASIN vertit Casp. SANCTIUS, in Comment. ad Danielelem, fol. 1619. Neq; precibus nostris nostra merita ac sanctitas, sed tua clementia spiritum atq; fiduciam præbet. Et Herm. WINGENDORBIUS in Paraphrasi ad b. l. p. 99. ita: Neque enim operum nostrorum fiducia, sed sola freti misericordia tua, quæ longe maxima est, preces nostras coram te fundimus. Quoad FONTES HEBR. & NOTAS PHILOLOGICAS, reperimus hoc modo expressum à Spiritu S. כִּי עַל-רַחֲמֵיךָ הַרְבִּיבִים. Sed super miserationibus tuis multis. Vox רַחֲמֵיךָ valde hic Emphatica est, descendit enim à רַחַם misertus est, dilexit vehementer, amavit impense, Psal. XVIII, 1. Pl. LI, 3. רַב רַחֲמֵיךָ multitudo compassionum, denotat ergo ejus modi teneram affectionem, qualis est in materno corde erga prolem ventris sui. Jes. XLIX, 15. adnotante GENEBRARDO, & præter amorem, ingentem dolorem, proveniente à sympathia aliqujus mali, vel miseriæ prementis partem dilectam, propterea frequenter usurpatur de DEO, respectu hominum, de omni tenerrimi amoris ac adfectus genere, dicente Ed. LEIGHIO in Critica Sacra B. 1. p. m. 384. Ut autem emphasis רַב רַחֲמֵיךָ

כִּי עַל-רַחֲמֵיךָ

וּמִן eo lucidius pateat, à visceribus dicitur, q̄s. in viscerare dicas, h. e. intimo adfectu, qui visceribus inditus est, tangi & commoveri erga aliquem, intimo commiserationis adfectu quempiam prosequi, quo scil. matrix, quæ וּמִן adpellatur, foetum complectitur tuendo & fovendo, uti animadvertit MERCERUS in *Pagn. Thes.* Et ita וּמִן deducitur vel à nomine וּמִן, i. e. uterus, vel à nomine וּמִן i. e. viscera, & misericordiæ, singulare non invenitur, quia multa sunt misericordiæ opera, juxta PISCATOREM in *Ps. XVIII.* Tale adfectus genus est, quale cernitur à Parentibus, quum vident liberos suos in extrema necessitate constitutos, 1. Reg. III, 26. quod Græci exprimunt per σπλάγγνα. Hujus vigore significat diligere intime, quomodo mater diligit prolem, quam gestavit in utero: vel ita vehementer misereri, ut præ dilectione viscera commoveantur, nam misericordia oritur à commotione viscerum ex adpectu miseriæ. A. LXX. INTERPP. redditur: ἀλλ' ἐπὶ τῶν οἰκτιρῶν σου τῶν πολλῶν Κύριε. *Sed super miserationes tuas multas Domine.* Ubi τὸν οἰκτιρῶν plus esse volunt Græci, quam ἔλεος, notare dicentes: compassionem cum miseria alterius, & propensionem ad commiserandum, adfirmante ESTIO, & ex eo LEIGHIO in *Critica Sacra*, p. 423.

§. II. Post VERSIONES COLLATAS, & enodatas FONTIUM EMPHASES, ac NOTAS PHILOLOGICAS exinde resultantes, ipsos adimus COMMENTATORES. E PONTIFICIS nil nobis se offert hac vice. E CALVINIANIS, Amandus POLANUS in *Comment. ad b. l.* breve hocce adjicit glossema: Opponit Daniel merita hominum, & misericordiam DEI, ut satis declaret, hæc simul esse non posse, nec magis conjungi posse, quam aquam cum igne. Prolixior autem est ipse Job. CALVINUS, in *Comment. b. l. fol. m. 122. b.* ita scribens: *Sed* (adversative hic ponitur, meo judicio) *super miserationibus suis multis vel magnis.* Daniel clarius

hic confirmat, nempe spem sibi in unica DEI misericordia esse fundatam. Sed dixi nunc ipsum clarius exprimere, quod dixerat, quoniam opponit duo membra inter se contraria. Non justitiis, inquit, nostris, sed in miserationibus tuis. Quamquam autem non semper distincte ponatur hæc comparatio, tamen tenenda est regula, quoties sancti in Dei gratiam recumbunt simul renuntiare omnibus suis meritis, nec quicquam in se quærere cur Deum habeant propitium. Sed tamen locus hic diligenter notandus est, ubi diserte excludit Daniel quicquid pugnat cum gratuita Dei bonitate: deinde ostendit, si quid proferant homines quasi proprium, quo possint Dei gratiam mereri, tantundem diminui ex ejus miseratione. Deniq; verba Danielis hoc continent, non posse conciliari hæc duo inter se, ut confugiant fideles ad Dei misericordiam, & aliquid afferant proprium, vel meritis suis nitantur. Cum igitur talis sit repugnantia inter DEI gratuitam bonitatem & omnia hominum merita, quam stupidi sunt qui conantur hæc duo simul conjungere, sicuti videmus factum fuisse in Papatu? Et nunc etiam qui non libenter cedunt DEO & verbo ipsius, vellent tamen aliquo furo obtegere errorem illum, nempe ut dimidia laus esset penes Deum & ejus misericordiam, & aliquid maneret proprium hominibus. Sed quemadmodum jam dixi, tollitur omnis dubitatio cum Daniel hæc duo qs. in certamen committit, justitias hominum & DEI misericordiam. Nihilo igitur magis convenit meritis nostris cum gratia DEI, quam si quis ignem vellet aqua miscere, & vellet quærere aliquam concordiam inter res tam contrarias. Postea adjungit, *magnas*, sicuti prius vidimus usum fuisse magna verborum congerie, ut exprimeret, quam variis modis obnoxius esset populus DEI judicio. Hic ergo implorat *Magnas vel multas Dei misericordias*, quoniam ad summum usq;

usq;

usq; cumulum pervenerant populi scelera. Haftenus CALVINUS.

§. 12. CALVINIANIS adjungimus, imo praeferrimus NOSTRATES THEOLOGOS, e quibus Vetus ille & fidus D. Jo. WIGANDUS, in Comment. ad Danielelem, p. m. 308. hanc instituit Paraphrasin. Agimus poenitentiam, & tantum imploramus tuam misericordiam, quam verbo tuo nobis liquidissime & clarissime promisisti. Haud dubie autem Daniel alias Deum admonuit concionum Jeremiae, ubi clare & discrete dicitur: Convertimini ad me, & ego convertar ad vos &c. B. D. GEIERI, in Comment. ad Danielelem, p. m. 710. explanatio haec est: *In miserationibus tuis multis*: Meminit harum Daniel jamjam v. 9. Domini DEI nostri sunt miserationes & condonationes. Quo igitur novo exemplo haec antiqua DEI innotescat ac celebretur benignitas & commiseratio, & quidem tanquam multa atq; magna, idcirco intuitu ejusdem petit, se, & suos exaudiri. Notetur autem usus voculae ׀ ad-  
versativus, sed, cujus exempla etiam alibi, v. g. Psal. XXXVII, 20. XIV, 5. XXII, 10. XLIV, 4, 8, 23. CXV, 1. CXIIX, 17. Co-  
hel. II, 10. VI, 2. IX, 11. Neq; etiam emphasi caret ׀ voci ׀׃׃׃ praefixu, ob clementias tuas, insigniter magnas, & misericordias multas imo maximas. vid. BUXTORFII L. 2. Thesaur. Grammat. c. 5. reg. 1. Fundamentum igitur fiduciae ac spei salvificae immotum, est infinitus commiserationum divinarum thesaurus, conf. Ps. XXV, 6. LI, 3. LXIX, 17. CXLIII, 1, 2.

§. 13. LATINOS NOSTRATES excipiunt TEUTONES. **Auff deine grosse Barmherzigkeit: Wir setzen unser Vertrauen nicht auff unsere guten Wercke / sondern allein auff deine Gnade. Denn welche mit dem Pharisäer ihre Gerechtigkeit für Gott rühmen / die werden nicht erhöret / uti exponit D. Lucas OSLANDER, in Oper.**

*Bibl. fol. m. 125.* Weil es demnach mit unserm ganzen Thun verlohren / und wir nichts anders verdienen / als Gottes Zorn: Wohl an! so nehmen wir unsere Zuflucht / will Daniel sagen / allein zu deiner grossen Barmherzigkeit. Du wollest bey uns Gnade für Recht geben lassen / wir appelliren von dem Thron deiner strengen Gerechtigkeit / zu dem Thron deiner grossen und unendlichen Barmherzigkeit: Ja HERR wir / unsere Könige / unsere Fürsten / unsere Väter müssen uns schämen / daß wir uns an dir also versündigt haben. Dein aber HERR unser Gott ist die Barmherzigkeit / und die Vergebung / schon unser nach deiner grossen Barmherzigkeit. Nehem. XIII, 22. HERR gedencke an deine Barmherzigkeit und Güte die von der Welt her gewesen ist / Ps. XXV, 6. Sey uns gnädig nach deiner Güte / und tilge unsere Sünden nach deiner grossen Barmherzigkeit / Ps. LI, 2. Erhöre uns HERR / denn deine Güte ist tröstlich / wende dich zu uns nach deiner grossen Barmherzigkeit / Ps. XCIX, 18. Sehe doch nicht ins Gericht mit deinen Knechten / denn für dir ist kein Lebendiger gerecht / Psal. CXLIII, 3. So ist demnach Gottes Barmherzigkeit der Grund / darauff wir unser Buß-Gebeth gründen müssen / wenn wir wollen erhöret werden. Juxta enodationem B. Dni. M. Weihenmajeri / in s. Buß- und Gnaden-Prediger p. 670. Daniel und sein Volk liegt vor GOTT mit Gebeth auff seine grosse Barmherzigkeit / womit Er bekennet / sie haben die Straffe wohl verdient / und suchen nichts mehr / denn Gnade und Barmherzigkeit / um welche Gott ihrer verschonen / und sie erretten wolle. Uns auch zu einem nothwendigen Exempel in dieser gefährlichen und bösen Zeit / wofern unser Gebeth / welches wir vor Gottes Angesicht ausschütten / soll erhöret werden / so muß es nicht allein geschehen mit

mit



mit demüthigem Herzen / in Erkändniß unserer Unwürdigkeit / daß / wenn Gott mit uns ins Gerichte gehen wolte / Er wohl ursach hätte / uns nicht zu hören / viel weniger zu helfen / um unserer grossen Sünde willen; Sondern auch mit demüthigen Worten und Geberden / nicht / daß wenn wir vor Gott treten / und von ihm gnädige Vergebung der Sünden / nebst gewisser Hülffe erlangen / daß wir etwa wollen bedacht seyn auff zierliche und hochtrabende Worte / wie etwa heutiges Tages dergleichen Allamoder Gebeth = Bücher auffkommen / da mancher siehet vielmehr auff die Dratorische und Politische Art zu reden / als auff seine Noth und Gottes Hülffe; sondern daß wir nur plat / und mit einfältigen Worten für Gott / der ohne diß des Herzens Grund kennet / und unsere Noth besser / als wenn wirs ihm auffs zierlichste vorbringen wolten / weiß / treten / wie allhier Daniel thut / und sagen / was die Wahrheit ist: Wir liegen für dir / nicht auff unsere Gerechtigkeit / sondern auff deine grosse Barmherzigkeit / und also in aller Einfalt des Herzens / und mit darbey einfältigen Worten / unsere Noth und Anliegen Gott vortragen / der gewissen Zuversicht / wenn wir damit unser Herz werden für ihm ausschütten / so werde auch unser Gebeth erhört werden / wie denn Gott so willfertig sich verspricht: Ehe denn sie ruffen / will ich hören / wenn sie noch reden / will ich antworten / Jes. LXV, 24. Unsere Demuth müssen wir auch her für geben mit den äußerlichen Geberden. Lieber / daß wir nicht stehen wie die stöcke und grobe Hölzer / sondern liegen für dem HErrn / entweder auff unserm Angesicht / oder aber ja mit unsern Knien / wie uns darzu David veranlasset und annahmet / sagende: lasset uns anbeten / knien und niederfallen für dem HErrn / der uns gemacht hat / Psal. XCV, 4. Darzu sich denn niemand / er sey so groß / und

und

und hoch / wie Er wolle / soll lassen zu gut düncken / sondern sich vor Gott demüthigen. Denn so man solches thut vor Königen und Fürsten / daß / wenn man in grossen Nöthen ist / und was wichtiges von ihnen zu bitten hat / man einen Fußfall für ihnen thut / und um Gnade bittet ; Wie vielmehr haben wir solches Ursach zu thun vor dem König aller Könige / und Herrn aller Herrn / wider welchen wir gesündigtet / und wohl verdienet haben / daß er uns alle mit Krieg / Pest / und andern Straffen da nieder werffen möchte / und mit solchem demüthigem Gebeth Ihn dahin bewegē / daß Er uns / die Er in seinem Grimm geschlagen / nach seiner Barmherzigkeit wiederum aufrichten wolte / *ceu hæc dilucidantur à B. Dn. M. Andr. OTTHONE*, in seinen Buß-Predigten *conc. 8. p. m. 130. seqq.*

§ 14. Observavimus hactenus *DANIELIS ORATIONEM AD DEUM*, cujus enodata fuit:

I. *προσφωνησις*, seu allocutio. T. v. 18. **Wir liegen vor dir mit unserm Gebeth = = = auff deine grosse Barmherzigkeit.** Nunc ex instituto nostro consideranda nobis est Orationis Danielis:

II. *πρότασις*, vel *PROPOSITIO*, cujus notandum venit

N. ) *SUBJECTUM*, seu *CUI PROPONIT* ? *Ex Domino Deo suo*, quem *ter* sic compellat in Textu nostro, dicens: **Ach HERRE höre / ach HERRE sey gnädig / ach HERRE mercke auff / und verzeuch nicht mein GOTT.** In Hebr. eadem *triplex repetitio*: *יְהוָה יְהוָה יְהוָה* Domine, Domine, Domine, & semel: *יְהוָה* Deus mi. Vox *יְהוָה* Adonai descendit vel ab *יָד* basi, aut columna, cui aliquid insistit, & ab ea gestatur. Exod. XXXVIII, 27. Job. XXXVIII, 6. vel ab *יָדוֹן* Adon, Domino, qui basis instar sustentat & regit domum aut politiam. Et ex hoc adpellativo formatur nomen DEI propri-

um

um seu epitheton, per literam ( ך ) in fine additam, præcedente. ( ך ) Hoc Adonai indicat DEUM, qui אֲדֹנָי i. e. basis & columna, imo אֲדֹנָי Dominus cœli & terræ, rerumque omnium creator, gubernator, & conservator est; sicuti etiam deducitur *Gallica vox Seigneur*, à Senior, quæ vox non solum ætatem, sed & honorem designat, uti & *Anglicum LORD*, eandem vim habet, ortum ab antiqua voce Saxonica *LAFORD*, quæ descendit a Laëf, sustentare, uti quoque *Hispanorum DON*, sic *Hebræorum Adonai*, observante DRUSIO, & ex eo *Ed. LEIGHIO*, in *Crit. Sacr. p. m. 6. P. I.* Cæterum אֲדֹנָי de DEO sic scriptum & lectum, invenitur centum triginta quatuor vicibus in V. T. locis, quæ *Masorethæ* annotarunt, docente *BUXTORFFIO* in *Lexico Hebr. Chald. p. 8.* Alloquitur autem Daniel h. l. non *Dominum* solum, sed & *Deum suum*, inquit porro : אֲדֹנָי *Deus mi* אֱלֹהֵי *Eloah*, quod rarius numero singulari invenitur in sacro codice, derivari potest vel ab אֵל *El*, quod significat potens, fortis, Ezech. XXXI, II. per antonomasiam, DEUS omnium potentissimus, Gen. XIV, 22. & XXI, 33. videatur *BRIXIANUS* in *Arca Noæ*, & *WALTHERUS* in *Spicileg. Controvers.* unde a *JUNIO* & *TREMELLIO* transfertur DEUS fortis, & a *LXX. INTERPP.* ἰσχυρὸς, Psal. VII, 12. fortitudinem seu potentiam denotans in abstracto, vel derivatur ab Alah, adjurare, quo respicitur ad fœdus & juramentum legis, quo obstricti sumus Deo, Deut. XXIX, 12. 14. 19. Neh. X, 29. Usitatissimum est hoc nomen in numero plurali *Elohim*, notans omnipotentias, seu vires omnipotentes, & sæpenu-mero tres Deitatis personas, Gen. I, 1. hinc distinguit verum Deum a falsis & fictis Diis, Deut. X, 17. Dan. II, 47. & XI, 36. Judiciariam alias designat vox *Eloah* potestatem, ceu *GROTIUS* observat in *Exod. VII, 1.* Quare etiam Hebræi communiter volunt esse nomen judicis, seu significare proprie Judicem aut Judices, vel Magistratus, sic *R. MOSES BEN MAIMON*, *R. SALOMO*, *R. DAV. KIMCHI*, &

TALMUDICI ipsi. In solo *Jobo*, ait *Nobilis*. LEIGHIUS in *Crit. Sacr. P. 1. p. m. 18.* singularis hic numerus Eloäh legitur *tricies & septies*, quoties ego quidem observare potui. DEUS hic vocatur etiam Elohim & Adonai in plurali, quia ipse, licet unus sit gubernator & Dominus, tamen omnes & Reges & Principes & Dominos transcendit, eosque eminenter in se complectitur, explicante ita *Cornel. a LAPIDE in comment. ad Prov.*

§. 15. Enucleato itaque *Textu Hebraico*, dilucidamus *Græcum Septuaginta Viralem*, ubi οἱ ἐβδομήκοντα ter insimul h. l. reddunt: κύριε, κύριε, κύριε, & tandem ajunt ὁ θεός μὲν. Κύριος de DEO & Jesu Christo, in V. & N. T. plus quam millies dicitur, notante GERHARDO, & in scriptis Apostolorum simpliciter & absolute mille adscribitur vicibus Christo, inquit ZANCHIUS. Primo autem principaliter, & in eminentiori & propria significatione de solo DEO usurpatur, Col. I, 10. Jud. v. 9. 1. Cor. VIII, 6. Eph. IV, 5. Deducitur κύριος a κῆρος, autoritas, quia Dominus habet auctoritatem, vel a κρηῶν, quod significat sum. Et ita denotat Dominum auctoritate pollentem, vel a cujus auctoritate dependunt omnia, & cujus est præscribendi & præcipiendi. Correspondet ergo ὁ κύριος Hebraico nomini יְהוָה, quod absolutam illam potestatem & dominium divinum in omnes creaturas indigitat, & propterea adpellatur εἰς κύριος, unus ille, seu unicus Dominus, ut supra I. Cor. VIII, 6. Eph. IV, 5. Et sicuti DEUS a LXX. INTERPP. adpellatur ὁ κύριος: Ita etiam in hoc nostro Textu nuncupatur ὁ θεός μὲν. Θεός autem dicitur sive a θεῖναι, cum Herodoto, quia omnes res, regionesque ordine disponat, sive a θῆναι currere, ut post PLATONEM notat EUSEBIUS, qui omnia virtute & providentia actibus percurrat, sive a δεικνῆναι, cernere, juxta BASILIUM, cum omnia cernat & decernat, vel a δέος timor, quod unice Deus timendus sit, vel θεός a θεοῦ, h. e.

h. e. videre, eo quod videat omnia, ceu habet *BRADWARDINUS de causa DEI, l. i. cap. 6. p. 182.* Alii his Græcis *Hebraam* notationem addunt, a  $\text{דַּי}$  *Dai*, i. e. sufficit, unde *El Schaddai*, Deus omnis sufficientiæ. Latini a Græco, aspirata inueniunt mutata, *DEUS* efformarunt. Et hoc nomen  $\theta\epsilon\acute{o}\varsigma$  sumitur in scripturis a.) *Essentialiter*, de omnibus tribus personis, seu de tota Deitate, Joh. IV, 24. b.) *Personaliter*, pro aliqua e personis divinis, Eph. I, 3. Rom. IX, 5. VII, 25. VIII, 3. Pro prima Deitatis persona, Joh. III, 16. & quidem usitatissime, quoniam fons Deitatis est. Pro secunda persona, Act. XX, 28. Pro tertia Deitatis persona, Act. V, 4.

§. 16. Nunc, tam *Hebræis, quam Græcis Fontibus dilucidatis*, ipsos consulamus *COMMENTATORES*. Inter istos autem *prolixissimum* sane deprehendimus super hæc Textus verba, *Theodorum HACKSPANIUM in Notis Philologico-Theologicis in varia & difficilia scripturæ loca, P. II. p. 875---884.* Usus est, inquit, h. l. *Petrus GALATINUS, lib. II. de Arc. Catb. Ver. c. III.* dum de personarum divinarum distinctione tractat: Illud Danielis, ait, nequaquam alienum est à proposito, cum IX. capite (quoad Textus nostri antecedentia) inquit: *Et nunc audi DEUS noster orationem servi tui, & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum desolatum, vel in sanctuario tuo desolato propter Dominum.* Ubi habetur argumentum, Messiam esse  $\text{מָשִׁיחַ}$ . Hoc ut magis pateat, sciendum, Masoram annotasse ad vocem  $\text{מָשִׁיחַ}$  cum v. 16. tum etiam 17. circellum, qui monet, respiciendum esse ad marginem, vel etiam ad Masoram inter columnarem, ubi scriptæ sunt tres literæ  $\text{קִרְבַּן}$  quæ monent, vocem hanc esse e numero illarum 134. quæ dicuntur de solo uno DEO. Vocant autem Judæi nomen ejusmodi  $\text{שֵׁם הַגָּבוֹר}$  nomen glorificatum, vel gloriosum, quod ipsum D. *GLASSIUS in ὀνοματολογία Messia Prophet. p. 18.* juxta cum aliis quibusdam *Theologis* Filio DEI tributum censet,

Gen. XIIX, 3. & 27. sunt, qui putant, esse nomen plurale cum suffixo, aliis id negantibus, quanquam id parum refert, cum, eodem D. GLASSIO l. c. fatente, de vero DEO sensu singulari plurale אֱלֹהִים dicatur, ad denotandam excellentiam Dei præ aliis quibusvis Dominis, cujuscunque tandem illi sint ordinis aut dignitatis: ut ut non desint, qui ipsum impugnent. Cæterum cum GALATINO faciunt e NOSTRATIBUS D. GERHARDUS, T. I. L. C. §. 4. de tribus אֱלֹהִים item in Exegeti §. 157. de Trinit. atque in Coll. Jfag. p. 148. nec non Volumine II. Dispp. p. 1179. item D. Jacobus MARTINI l. de trib. Elob. ac Mich. HAVEMANNUS in θεολογικὰ. E CALVINIANIS autem Job. MACCOVIUS Disp. 25. L' EMPEREUR, in Notis ad Danielelem, & Ludov. CAPELLUS in Spicileg. ad 2. Tim. II, 18. Qui negant, per אֱלֹהִים intelligi hic Messiam, vel sunt JUDÆI, qui ajunt: למעבך מיבעי ליהוה dicendum erat propter te, vel, ad verbum, propter te postulabat sibi, uti hæc extant in MASSECHETH de Benedictionibus c. I. vel sunt PHOTINIANI, quos inter numerandus Jonas SCHLICHTINGIUS in Refut. D. MEISNERI. Judæos secutus est e PONTIFICIIS quoque VATABLUS, cujus hæc nota extat: illustra faciem tuam super sanctuarium tuum desolatum propter Dominum, i. e. propter te. Priori sententiæ favet 1.) ordinaria scripturas explicandi lex, quæ jubet, ut a litera non recedamus, nisi id summa urgeat necessitas, quæ hic probari nequit. 2.) non esse novum, in V. tum N. T. Messiam vocari Dominum, Patrem, aut DEUM. Conf. Ps. CX, 1. & I. Cor. VIII, 1. 3.) Urgendus est etiam locus Jesai. XXXVII, 35. ubi non solus DEI, sed Davidis quoque extat mentio, h. e. Messia, interprete Job. COCC. ad Hos. c. 1. Accedunt præterea ex Analogia fidei testimonia quædam, np. Act. IV, 12. item traditio quædam Judæorum de nomine אֱלֹהִים quam sic recenset Andr. MASIUS in Comment. ad Jos. c. VII. CABALISTÆ diviniore Hebræ.

Hebræorum Philosophi tradunt, illud nomen יהוה esse quasi clavem, qua patescit aditus ad DEUM Jehovam, i. e. ad Deum in sua essentia velut latentem: esse thesaurum, in quo ea, quæ à Jehova nobis impartuntur, omnia sint recondita: esse insuper œconomum illum magnum, qui res omnes dispensat, nutrit, vegetat per Jehovam. Denique neminem ad Jehovam penetrare posse, nisi per יהוה: neque unam ullam aut viam ad rationem ad illum perveniendi aliam esse prorsus, atque ideo Ecclesiam preces suas sacras sic auspicari, יהוה. Hæc Cabalistica opinio proxime accedit ad sententiam Christianorum supra adductam. Contra autem ex parte opposita militant hæ rationes: (1. quod illud יהוה לְמַעַן דִּיִּי diserte v. 19. per לְמַעַן דִּיִּי propter te explicetur: ac sequitur illa ipsa dictio יהוה, qua Daniel usus est v. 17. Non est autem tutum satis, recedere ab ipsa expositione in Textu tradita. (2. idem vidisse videntur INTERPP. cum GRÆCI, tum LATINUS VULGATUS, qui de mysterio nihil hic tradidere. Deinde confecti possunt loca Jesai, XLIII, 25. XLIX, 7. LV, 5. ubi similiter illud propter te exponi videtur, ut referatur vel absolute ad Deum, vel etiam ad certam personam. Denique negari nequit, etiam de ipso Deo in scripturis occurrere antecedens positum loco pronominis relativi. Unde D. GLASSIUS in Grammat. Sacr. l. 3. Tr. 2. can. 13. in fine v. 17. cap. IX. Danielis recenset juxta cum aliis multis exemplis, sed notanter addit, inter ea occurrere, in quibus Enallagen antecedentis pro relativo inesse, conjectura esse possit. Cæterum Hebraismum illum satis tritum hic locum habere, constanter L'EMPEREUR negat; cum cujus sententia faciunt quoque Jac. MARTINI & HAVEMANNUS. Censent enim tum demum antecedens pro relativo usurpari, si relativum aut ambiguitatem aut obscuritatem esset pariturum: at hic nihil obscuri, nihil ambigui occurrere, Verum hæc ratio Hebraismum plus

justo restringit, & in multis exemplis non obtinet, etiam ab ipsis adductis np. 1. Reg. I, 33. c. VIII, 1. Videatur *HAVEMANNUS lib. Alleg. cap. 2. §. ult.*

§. 17. Quid iudicii ferendum de hisce rationibus, aperiam breviter. Sit itaq; *prima Assertio*: Messiam à Daniele dictum Dominum, s. מָשִׁיחַ in verbis versus 17. pie creditur & defenditur contra PHOTINIANOS, Novi Test. lucem acceptantes, Quantum alias *Photiniani* tribuant Prophetis in comparatione ad N. T. satis manifestum est ex illorum scriptis. Unde SOMMERUS dicebat: Etsi David aliquid de Christo & spiritualibus Novi Test. scripsit, nec tamen ipsum intellexit. SMALCIUS quoque ait: parum curandum esse, quid dicat de cultu DEI Propheta Veteris fœderis. Ac *Theoph. NICOLAIDES* non dubitavit scribere: Recipitur quidem hoc Testimonium Prophetæ, sed plus valuisset, si dixisset Apostolus. Inde procul dubio hausit quoque sententiam suam ARMINIUS, dum *Operis p. 121. col. 2.* in hæc verba erumpit: non immerito quis dubitet, an David intellexerit, Messiam fore Regem spiritualem & cœlestem. Proinde si conferamus Novum Test. videbimus, explicari Danielem, & quæ prædixit, exponi de Messia. Exempli loco nobis sit ejusdem caput VIII, 13. ubi agitur de filio hominis venturo in nubibus ad iudicium (quem Messiam esse, R. SAADIAS non negat) quis vero ille sit, exponitur Act. XVII, 31. satis diserte. Eadem quoque ratione Daniel cap. IX, 17. è N. T. explicandus nec solum è verbis à *Capello* supra designatis, sed etiam maxime ex illo, quod legitur Act. X, 43. Jam posco à PHOTINIANO, ut mihi è Daniele exhibeat locum, ubi nomine Messia respiciatur ad peccatorum remissionem. Expiatio ipsa peccatorum c. IX. describitur, & si uspiam ea fieri censenda est nomine Messia, latet illa in versu 17. *ubi Daniel ex auditio- nem poscit precum propter Dominum, np. Mediatorem,* cum diserte

serte



ferte in Textu tradat Propheta, nullum esse locum meritis humanis, adeoque aliorum oculos reflectendos, nempe ad illum ipsum, qui postea nos hortatur, ut compellemus Patrem, sed suo nomine. Obscurius quidem id fecit Daniel, quam habet Novum Test. nempe pro ratione illius temporis. Neque ea res fugiebat Judæos, qui in TALMUD tradunt, JONATHANEM BEN UZIEL divina voce prohibuisse, ne Danielem transferret in Lingvam Chaldaicam, qui alias testimonia de Messia clarius popularibus suis edisserere solebat eo imprimis nomine רַאִי הַבִּירָה קַרְ הַמַּעִירָה quia est in eo Daniele finis Messia.

§. 18. Quodli objiciat PHOTINIANUS 1.) ipsum Christum dixisse Joh. XVI, 24. *hactenus in nomine meo nihil petistis. Ergo nec Danielem c. IX, 17. id fecisse; videri potest Responsio apud Doct. WALTHERUM in Harmon. Melior mihi illa videtur responsio, & Christicum Daniele comparatio, quod Christus de plebe loquatur: Daniel autem Propheta erat, qui longe plura noverat, quam Idiota aliquis. Id quod probe notandum est. 2.) Esse Hebraismum, qui probetur è versu 19. Rf. Posse Hebraismum esse, largior: quo minus autem actu ipso talis hic statuatur, N. T. obstat expositio supra tradita, majorque habenda ratio Analogiæ fidei, quam nudi cujusdam Hebraismi. Neque probatum v. 19. esse expositionem versus 17. sic enim habendum, Prophetam poscere à DEO reedificationem templi atque urbis, respiciendo ad Messiam, cum propter ejus meritum, quo preces nitantur, tum propter ejus adventum ad templum suum, de quo agitur Malach. III, 1. Neque id solum, sed addit rationem alteram v. 19. quod id effectum reddere debeat DEUS propter se ipsum, qui curavit, ut templum & urbs à nomine ejus denominentur, ut habet perspicua in Textu ratio. Nulla itaque necessitas est asserendi, versum 19. exponere versum 17. sed diversa dicuntur ma-*

xime in tam concisis precibus. Quin etiamsi idem dicere voluisset Propheta v. 17. & 19. dixisset: **אֲרָנִי לְמַעַבְךָ** propter te ipsum Domine, ut v. 19. ait: **לְמַעַבְךָ אֱלֹהֵי** propter te ipsum Domine mi. *Affertio secunda* hæc est: adversus JUDÆUM, N. T. vilipendentem, qui invicte aliquid probare voluerit, faciat periculum, atque tum ipsi de eventu constabit. Proinde sic habendum, Christianos supponere hoc in loco, quod Messias vocetur **אֲרָנִי**, quam hypothesein Judæus negat, usus sententia Mosis, Deut, VI, 4. ubi statuitur ex analogia fidei Judaicæ unus **אֲרָנִי**, quem de unitate personæ tam diu accipit, donec probetur, esse plures, quorum quilibet **אֲרָנִי** vocetur. Si provoces ad Psalmum CX, 1. quem R. SAADIAS de Messia intelligit, regeret illico, non legi ibi **אֲרָנִי** cum Kamez, sed cum Chireck. Si addas, v. 19. hujus loci non temere ter poni **אֲרָנִי**, sed respici ad Trinitatem Personarum, reponet ibidem dictum esse non **לְמַעַבְכֶּם** propter vos, ut ut etiam sequatur plurale **אֱלֹהֵיכֶם**, sed **לְמַעַבְךָ** propter te; igitur innui unicam tantum personam per triplex **אֲרָנִי**. Quod si pergas, suffixum **ךָ** respicere unitatem essentia: dicet, petere te principium. Dicit enim hoc in loco de Elohim illum singularem numerum, ac proinde Elohim quoque esse non nisi unicam personam: id quod porro confirmabit ex hypothese Christianorum, qui in v. 17. per **אֱלֹהֵי** non nisi Patrem intelligunt. Si addas, esse plurale, ergo significare plura; regeret, si plura significat, cur itaque cum Imperativo singulari construitur? Certe ille Imperativus non potest h. l. junctus numero plurali inferre distributionem, ut sint plures **אֱלֹהֵי**, uti alias colligitur è v. I. c. I. Genes. Postremo itaque recipiet se ad Codicem *Talmudicum*, atque subsistet in usu Linguae sacrae, seu Hebraismo recepto, neque inde dimovebitur, si maxime dicas, v. 17. ob perspicuitatem fuisse dicendum **לְמַעַבְךָ** propter te, ut supra oppositum fuit Photinianis. Præferet enim huic  
Argu-

Argumento verisimili suam illam fidei analogiam, quam à Mose oriundam jactitant, Deut. VI, 4. adeoque adparebit tandem, quousque progredi valeamus ex hoc loco adversus *Judeum*. Nempe igitur probandum aliunde prius firmissime, cum Messiam vocari מָשִׁיחַ, tum quoque preces hominum DEO non esse gratas, nisi propter Messie meritum. Quam prolixam autem futura sit hæc concertatio, satis liquet. Supponit enim, etiam D. LUTHERO Judice totam illam controversiam: An Messias venerit, nec ne? Sed de hoc satis, & plura, quam statueramus, diximus. Non tamen oblitteranda hic est observatio B. D. Gottfried MEISNERI, in *f. Anmerkungen über den Propheten Daniel* / p. m. 359. Die dreymahlige Wiederholung des Worts HERR / und daß Gott gnädig seyn möchte / umb des HERRN oder Messie willen / beweiset / daß dem lieben Daniel das Geheimniß der Heil. Dreyfaltigkeit bekant gewesen. Denn was das erste anlanget / so lautet die Rabiniſche Regel in MIDRAS TILLIM *sup. Ps. L.* Quando tribus vicibus nomen Dei memoratur, denotantur tres proprietates, quibus mundus creatus est, HELV. VIND. LL. V. T. p. 226. Das andere kan noch weniger geläugnet werden: Denn ein anderer ist der / so gnädig ist / und ein anderer / um des willen er gnädig ist. LUTH. *sup. b. l.* GESN. §. 67-77. GERHARD. *Exeg. L. III.* §. 157. p. 1095. BALD. CC. L. II. c. 2. §. 3. p. 88. 89. POLAN. p. 750. CALOV. p. 628. Præter universorum Parentem alius dicitur Dominus. Außer dem Vater aller Geschöpfe / ist noch ein anderer HERR. Daher in der Chaldæischen Bibel steht: Propter Regem Messiam. Die Türcken / welche doch mit Arrio die Geheimniß anfechten / läugnen dennoch die Heil. Dreyfaltigkeit nicht gänzl. / sie betrachten sie als eine Zahl / so von der Einigkeit ausgehet / bedienen sich gemeiniglich eines Gleichnisses / derer dreyer Falten an einem Schnupf-

f

Schnupf-

**Schnupff = Tuch / wann es von einander gethan wird /** STAT. TURC. L. II. c. 12. p. 185.

§. 19. Observavimus hactenus N) SUBJECTUM, seu CUI Daniel PROPONAT? scil. *Domino DEO suo*, v. 19. Ach Herr höre / ach Herr sey gnädig ꝛ. ꝛ. und verzeuch nicht mein Gott: nunc expendemus: 2) OBJECTUM, seu QUID PROPONAT? R. *Quinque petitiones*, scil.

I. UT DOMINUS EXAUDIAT. T. Ach **HERR** höre. Ergo Domine adhibe aures mites, est *Paraphrasis Casp. SANCTI ad b. l.* Hic cernitur copia orantis erumpens affectu, exponit brevissime *MALDONATUS ad b. l. Hebr.* **אָדָּם יְיָ** Vocem **יְיָ** jam jam prolixissime explicuimus. Verbum **אָדָּם** descendit à rad. **עָדָם** audivit, auscultavit, auribus percepit, exaudivit: Metaphorice animo percepit, & intellexit, Exod. IV, 31. Gen. III, 17. Est verbum tam largæ significationis in scriptura, ut nonnunquam in Versione LXX. significet auditionem, ut in hoc Textu nostro, nonnunquam etiam fidem, nonnunquam affectum, effectum, & publicationem. Deus enim attendit ad lachrymas nostras, Deus fidem adhibet lachrymis nostris, afficitur misericordia propter lachrymas nostras, respondet petitioni lachrymarum nostrarum, & per benedictiones suas in nos effusas aliis ostendit beneplacitum, quod erga illos habet, adnotante D. DONNE in Pl. VI. τῶ Schamang Hebræorum respondet Græcum ἀκρω, Latinum audio, habetque horum unumquodque varias, easque inter se communes, apud suos, notiones ac significationes, juxta *GATAKERUM de novi instrumenti stylo, Dissert. cap. 14. Septuaginta GRÆCI vertunt: εἰς ἀκρωσιν.* Descendit ab ἀκῆ, acies, quia acutus est audiendi sensus, observante *CAMER. in Myroth. Evang.* Hinc Joh. *CALVINI in suo ad Danielelem Comment. fol. m. 123.* explicatio talis: Subindicat Propheta clausas, & quasi surdas fuisse aures DEI, quæ tamen acu-

acu-

acutissimæ, quoniam merito infensus erat populo. Et hoc notandum est, quia stulte miramur non respondere Deum precibus nostris, simul ac votum aliquod nobis effluxit. Atqui ratio hæc notanda erat, Deum scilicet tardum esse, quia ipsi frigemus, & sumus ignavi: deinde iniquitates nostras interponere quasi maceriem inter nos & aurem DEI. Et ita hic Daniel non ostentat, sicut hypocritæ, aliquam eloquentiam, sed tantum suo docet exemplo, quænam sit vera lex & ratio precandi. Non enim dubium est, quin fuerit impulsus singulari zelo, ut alios secum traheret. Operatus est igitur DEUS in Propheta per Spiritum suum, ut ipse esset aliis omnibus magister, & ut ejus precatio quasi norma esset communis precandi toti Ecclesiæ. Non *absimilis*, licet *brevior*, est *sententia B. D. Jo. WIGANDI, in Explicatione Danielis, p. m. 308.* In his verbis: *Exaudi Domine*, epilogus est precationis, ubi affectus peculiare adduntur, qui sunt argumenta fidei in Daniele fulgentis. Et ita Daniel non solum pro sui, sed etiam suorum exauditione precatur DEUM, uti exponet B. WEIHENMAYERUS in *s. Buß- u. Gnaden-Prediger/ p. m. 671.* dicens: Hiermit will Daniel / daß GOTT seine arme Supplicanten gnädig anhören wolle / er wolle ihnen gnädig seyn / und alle ihre Sünden vergeben und verzeihen / er wolle die wohlverschuldete Ungnade und Zorn fahren lassen.

§. 20. Post Votum EXAUDITIONIS, petit etiam Daniel Deum:

2. UT IGNOSCAT. T. Ach HERR sey gnädig. Quæ verba juxta *Paraphrasin Casp. SANCTII, in Comment. b. l. fol. 1619.* ita redduntur: Domine placatum adhibe animum. Hebr. אֲדֹנָי סְלַח־לִי, Verbum סְלַח־לִי originem trahit à סָלַח pepercit, propitius fuit, condonavit, ignovit, remisit debitum & peccatum. Sic *sensus* est h. l. Domine DEUS

noster, parce quaeso, sis populo tuo propitius, condona, ignosce, & remitte nobis debita & peccata nostra. Hoc ipsum **יְהוָה** David Psal. XXV, II, sumit è Moysè, qui primus hac voce usus est in causa magni criminis, & denotat parcere, condonare è gratia & misericordia, gratiose remittere, propitium & clementem se exhibere, Jer. XXXI, 34. *Græcus τὸν LXX. Textus exprimit verbo: ἰλάσθητι, i. e. sis propitius, Te nobis placari ac reconciliari sine, Tu enim es ἰλασμός, propitiatio, 1. Joh. II, 2, IV, 10. & verum illud ἰλαστήριον, placamentum, seu propitiatorium, Hebr. IX, 5. Rom. III, 25, per quod Pater noster cœlestis placatus est, notante PISCATORE, & ipsa es pro peccatis nostris propitiatio, 1. Joh. II, 2. Et hoc modo etiam B. D. D. Mart. GEIERUS, *Comment. in Dan. fol. 683.* verbum **יְהוָה** explanat. Significat **יְהוָה**, ait, offensæ memoriam deponere, pœnamque, vel vindictam promeritam plane remittere, imo eandem in beneficentiam commutare, Exod. XXXIV, 9. 1. Reg. IIX, 30. cap. XXXIV, 36. seqq. Cum qua sententia non minus convenit B. D. Lucas OSIANDER, in *S. Bibel-Werck / fol. 125.* qui breviter sic glossatur: *Verzeihe uns unsere Sünde / und laß deinen gerechten Zorn fahren.**

§. 21. Petierat hactenus Propheta: **UT IGNOSCAT DOMINUS**, nunc rogat amplius:

3. **UT ATTENDAT. T. Ach Herr mercke auff.** *Paraphrasis Sancti* est, in *Comment. ad Dan. fol. 1619.* Fac Domine, ut abs te preces nostræ quod orant, exorent. *Hebr. Font. habent: יְהוָה שְׁמַע וְיִשְׁמַע* Domine attende, Verbum **יְהוָה** i. e. attende, descendit à rad. שָׁמַע attendit, intendit, advertit, scil. aurem: q. d. Propheta h. m. Domine Deus attende quaeso, intende, adverte aurem. Gestus est diligenter auscultantis, Jes. XXXII, 3. significat magnam attentionem mentis, quæ fit cum gestu, puta, cum aurium ar-  
rectio-

rectione, unde in scriptura auribus tribuitur, denotatque attendere animum simul & aurem, observante *Corn. a LAPIDE*, in *Comment. ad Prov.* Sic David ait Psal. LXVI, 19. **הקשיב** **תפלתו** **בקור**, attendit in voce orationis meæ. Et Jeremias quærit & quæritur: **מי הקשיב** Quis attendit? *Jo. CALVINUS* in *Comment. ad Dan.* breviter sic exponit: *Domine animadvertite:* ) Hoc verbo significat Daniel, etiamsi multis modis, & longo tempore provocaverit populus iram Dei, tamen tam indigne opprimi ab impiis & crudelissimis hostibus, ut tanta calamitas debeat flectere Deum ad misericordiam. Vigore hujus misericordiæ petit Propheta, ut Dominus non solum *audiat*, verum etiam *attendat*, h. e. (uti *B. Dn. D. GEIERUS* in *Comment. ad b. l. p. m. 711. seqq. exponit*) ne obiter & perfunctorie percipere velit supplicationis suæ contenta, atque argumenta, sed cum accurato examine; quali voce crebrius etiam uti consuevit David in suis precibus, Ps. V, 3. XVII, 1. LXI, 2. CXLII, 7. Quæ ipsa nos commonefaciunt vacillantis nostræ fidei, dum in angustiis vix vere credit, Deum nostri curam gerere constanter atque seriam, qua de causa etiam toties attentio rogatur. Hinc etiam glossatur *B. WEIHENMAYERUS*, in *s. Buß- und Gnaden-Prediger* / p. 672. **Ach HERR merck doch auff unsere Seuffzer / sieh in Gnaden an unsere Thränen / unser Elend und Jammer.**

§. 22. Petit autem Daniel non solum *UT DOMINUS ATTENDAT*, verum etiam:

4. *UT FACIAT. T. Und thue es.* Fac, quod petimus, juxta *paraphrasin Herm. WINGENDORPII*, p. 99. *Hebr.* **ויעשו** & fac, a rad. **עש** fecit, effecit, perfecit, absolvit, confecit, ita, ut sensus sit: O Domine, id quod abs TE petimus, fac quæso, effice, perfice, absolute, confice pro omnipotentia & clementia tua, Sic attentioni proxime annecti-

tur τὸ *FACERE* עָשָׂה fac, videlicet illud, quod facere tu solus potes, quod facturum te promisisti, quod facturum etiā te confidimus indubie. Hujusmodi namq; amplitudinem sensus infert locutio indefinita, vel omisio accusativi, dum negotii nullius faciendi diserte meminit! Propheta, cum vi præcedentium verborū desideratus fuit intuitus devastati sanctuarii atq; civitatis benevolus, v. 17. 18. ceu hæc clare declarat *B. D. GEIERUS* in *Comment. ad Daniel. p. m. 712.* **Thue doch / HERR unser GOTT / was uns von nöthen ist / und deiner Majestät wohl anstehet /** vertit *D. Luc. OSIANDER* in *s. Bibel-Werck / fol. 125.* cui adstipulatur *B. WEIHENMATERUS* in *s. Buß- und Gnaden-Prediger p. 672.* **Thue mein lieber GOTT / was zur Ehre deiner Göttlichen Majestät und Herrlichkeit gereichet / und was zu unserer Wohlfahrt dienet.**

§. 23. Et non solum ut faciat, verum etiam:

5. **UT NE DIFFERAT**, petit Deum suum Daniel, dicens: **Und verzeuch nicht.** *Casp. SANCTIUS*, in *Comment. ad b. l. fol. 1619.* hunc se præbet Paraphrasten: Ne quæso, Domine, spem nostram, & vota, diurna mora, atque expectatione fatiges. *Hebr. Font.* ita sonant: עָשָׂה לִּי מִנְחָה i. e. *memorare*, Radix est עָשָׂה moratus est, tardavit, distulit, cunctatus fuit, moram fecit, cessavit, qs. dicas: posterioravit, Gen. XXXII, 4. unde עָשָׂה retro, retrorsum, posterum, posterius, & עָשָׂה posterior, postremum, vide *BUXTORFFII LEXICON Hebr. Chald. p. 18.* Significat ita expectare, & cunctari, ut frustremur expectantem in sua expectatione, conf. Hab. II, 3. Psal. XL, 18. juxta *LEIGHII Criticam sacram P. 1. p. 12.* Sensus itaque est: O DEUS, ne benigna tua peccatorum nostrorum remissione, & precum nostrarum exauditione morare, ne tarda, ne differ, ne cunctare, ne fac moram, ne cessa, noli nos in expectatione gratiæ tuæ præterire. *Τοῖς LXX. INTERPP.* placet verbum *χρονίζω*, reddunt enim: *μὴ χρονίσῃς*, h. e.



h. e. *non tardabis*, non moram facies, non serius venies, non in longum differes tempus, haut inveterasces, uti sic usurpatur Matth. XXV, 5. Luc. I, 21. XII, 45. Hebr. X, 37. Hinc etiam Glossa *MALDONATI in Comment. ad b. I.* Ne moreris, ne proroges tempus captivitatis nostræ, quamvis id peccata nostra moreantur. Indicat enim 70. annos jam fuisse transactos, ideoque Deum in speciem abjecisse populum suum. Quorsum etiam tendit *Job. CALVINUS, in Comment. ad Dan. fol. m. 123.* sic scribens: Domine, inquit Daniel, ne moreris. Jam per 70. annos projecerat Deus populum suum, & passus fuerat, sic premi ab hostibus, ut fideles despondere animos possent. Ergo videmus hoc loco sanctum Prophetam fortiter luctatum esse cum durissima tentatione: Rogat Deum, ne moretur, vel differat. Jam septuaginta anni effluxerant, ex quo abjecerat Deus populum illum. Ergo colligimus, non posse rite nos precari, nisi ubi superamus, quicquid occurrit nobis. Audiamus *B. Dn. D. GEIERUM in suis ad Dan. Prælectionibus* sic exponentem hæc verba: Omne hic, quod intuitum illum comitari aut sequi debebat, *faciendum* rogatur, idque sine mora. Nimirum noverat Propheta DEI beneficia non raro inhiberi hominum maleficiis vel delictis; idcirco licet & illo tempore talia existerent satis multa, nihilominus petit Daniel gratiæ super delictorum merita triumphum, nec non spei nimio opere deficientis instaurationem. Sicuti itaque Deut. XXIII, 21. & Cohel. V, 3. homini votum facienti dicitur, *תאחר* *אל* ne tardes reddere illud, it: Exod. XXII, 29. plenitudinem tuam & lachrymas tuas *תאחר* *אל* ne tardes, aut procrastines, ita vicissim pii in precibus suis ad Deum dicunt, Psal. LX, 18. LXX, 6. *Deus mi, ne tardaveris*: Conf. Hab. II, 3. si moram fecerit (visio) expecta eam, quia veniendo veniet, & non *תאחר* tardabit. Et Jes. XLVI, 13. *salus mea non tardabit*. Hic itaque, (inquit D. GEIERUS, con-

con-

conveniens cum præcedenti explicatione) sine dubio respectus fuit habitus ad prædictum a Jeremia liberationis Babilonica terminum, de quo v. 2. ne eundem protrahere ulterius velit Deus, prout meriti quidem fuerint peccantes Judæi, verum ut veritatis Prophetica compleatur robur necandem carpere præsumant gentiles, scandalumque simul patiantur Judæi firmiores. Et in hunc etiam finem exponit B. WELHENMATERUS in s. Fuß- und Gnaden-Prediger p. 672. Verzeuch nicht: Hiermit begehrt und bittet Daniel / im Nahmen seines Volcks / daß er nunmehr auch wolle ins Werk richten / was er ihnen versprochen / und zugesaget / daß er nehmlich sie wieder wolle aus Babel erlösen / und sie in ihr Land bringen / wovon David schon zu seiner Zeit gesungen / Ps. CXXVI, 1. daß / wann der HERR die Gefangenen aus Zion werde erlösen / sie werden seyn wie die Träumende / dann werde ihr Mund voll Lachens / und ihre Zunge voll Ruhmens seyn. Und solches zu thun wolle er nicht verziehen. Es war dem weisen Daniel unverborgen / daß vielmahl Gottes Gut- und Wohlthaten verhindert werden durch der Menschen Sünden / so bittet er demnach / Gott wolle sich doch solches nicht auffhalten lassen / seine Gnade zuerzeigen / die Er versprochen. Wie denn den Heiligen Gottes keine ungemeyne Sache ist / GOTT den HERRN zubitten / daß er mit der Hülffe nicht wolle verziehen; Ps. XL, 18. sagt David: Ich bin arm und elend / der HERR aber sorget für mich / du bist mein Helfer und Erretter / mein Gott verzeuch nicht.

§. 24. Uti hactenus consideravimus in ORATIONE DANIELIS 2) OBJECTUM, seu QUID PROPONAT? scil. quinque petitiones: Ach HERR höre *o o o* und verzeuch nicht. Sic paucis adhuc considerandum restat:

1) MO.

3.) MOTIVUM, seu QUARE PROPONAT? scil. ut Deus remittat peccata:

α.) PROPTER SEMETIPSUM. T. **Um dein selbst willen.** Neque aliud obtendimus, dum tuam sollicitamus misericordiam, nisi te ipsum, cujus est ad miserendum natura proclivis, uti hanc dat *Paraphrasin Casp. ille SANCTIUS in Comment. ad b. l. fol. 1619. Herm. WINGENDORPIUS in Paraphrasi b. l. p. 99.* reddit: Ne differ Domine propter nominis tui gloriam. FONTES habent: לְמַעַן, propter te, à לְמַעַן propter, cui affixum additur: לְמַעַן. Quidam ex Hebraeis ad לְמַעַן pertinere putant: notat enim responsionem, seu redditionem causæ, quod etiam dicit *BUXTORFFIUS* de לְמַעַן in *Lex. Hebr. Chald.* p. m. 322. ó. LXX. INTERPP. reddunt: ἕνεκεν σὺ, propter te. Notat autem ἕνεκεν, vel ἕνεκεν interdum causam procreantem, ut Matth. V, 10. II. XVI, 39. Luc. VI, 22. XXI, 12. nonnunquam etiam eventum, ut Luc. XXI, 12. Act. XXVI, 21. His verbis igitur DEUS: *Propter te DEUS mi,* iterum Daniel in nihilum redigit fiducias omnes, quibus hypocritæ putant conciliari sibi posse favorem apud DEUM, & credit non propter se suosque, sed propter Mediatorem suum ipsum exaudiri preces, uti à *Joh. CALVINO in Praelect. ad Dan.* explanatur, fol. m. 123. Et sic *Joh. OECOLAMPADIUS in Comment. ad Dan. Lib. II. p. 107.* refert ad Christum, sic exponens: Ne differ propter Christum filium, Dominum nostrum, per quem preces nostræ exaudiuntur, qui & in illo templo se revelabit, ac docebit legem tuam, utique & Propheta Redemptorem expectabit. Post Græcos HIERONYMUS legit propter semetipsum, nam exaudiens nos in Christo Pater, propter semetipsum audit, quia unus Deus est pater-filius, non duo, attamen hic personarum distinctio satis evidenter prospectat. *B. D. Aug. VARENI* Glossa hæc brevis est, in *Collegio Canonico IV. Novissimorum V. T. Prophetarum Post-Babylonico-*

G

nico-

*nicorum* &c. p. m. 40. O Adonai, propter Adonai, i. e. propter Dominum Mediatorem, tibi ὁμοῦσιον, & adeo propter te ipsum, & viscera misericordiæ miserere populi, urbis, templi lamentabilis, a Te irato ob peccata nostra fœde desolati. Quæ expositio non minus placet B. D. GEIERO in *Comment. ad Dan. p. m. 712.* cum inquit: Sicut v. 17. Deum rogavit Propheta propter Dominum (Messiam) ita h. l. Deum propter DEum, h. e. semetipsum, vel propriam sanctitatis, benignitatis, veritatisque gloriam compellat, quomodo Psal. LVII, 6. 12. dicitur: auxiliare nobis DEus salutis nostræ propter honorem nominis tui, & eripe nos, expiationemque fac de peccatis nostris propter nomen tuum. Conf. Ps. LXXIX, 9. 10. 13. Ps. LXXXIII, 19. Ps. IC, 3. CXV, 1. non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriam. Equibus concludit D. Gottofr. MEISNERUS, Superintendens Haynensis, in s. kurzen Anmerkungen über den Proph. Daniel / sagende: Weil Daniel sich der Mittel gebrauchet / die iesu im Neuen Testament auch üblich sind / als der Busse / Andacht / und Bitte / um des HERRN willen gnädig zu seyn; so ist nur ein Weg in beyden Testamenten / uns zum Himmel anzuführen: Denn wir hoffen durch die Gnade Jesu Christi selig zu werden / wie unsere Väter. Actor. XIV, 11. Vide plura in GERHARDI CC. T. IV. art. 23. c. 4. §. 2. p. 626. p. 730. 732. 735. 794.

§. 25. Non autem solummodo PROPTER SEMET-IPSUM exaudiat, nec differat Dominus, in oratione Danielis, verum etiam:

6) PROPTER NOMEN EJUS, URBI & POPULO IMPOSITUM. Sic enim Textus *Colophonem* addit: **Denn deine Stadt und dein Volk ist nach deinem Namen genennet.** Quia de nomine tuo vocatur civitas tua & populus tuus, vertit JUNIUS *adh. l.* quia nomen tuum in-

Voca-

vocatum est super civitatem, & super populum tuum. SANCTIUS *adh. l. p. 1619.* Nam hæc tua urbs, & hic populus tuus de te nomen gerunt. *Herm. WINGENDORPIUS, p. 99. in Paraphrasi h. l.* Deine Stadt und dein Volk ist nach deinem Nahmen genennet: ) vid. v. 18. Diweil sie heisset die Stadt Gottes / v. 16. & Deut. XXVIII, 10. Amos IX, 12. 1. Reg. XIV, 21. Hebr. Über welche dein Nahme angeruffen ist / oder wird angeruffen / oder ausgeruffen / als sagte er / es ist deine Stadt / die du vor allen andern Städten der Erden erwehlet hast / darum wende deinen Zorn ab von ihr. *Glossa Paul. TOSSANI. In Textu Hebraeo sic exprimitur: כִּי שְׁמֶךָ: עַל-עִירְךָ וְעַל-עַמְּךָ: i. e. quia nomen tuum vocatur super urbem tuam, & super populum tuum. כִּי particulam causalem supra jam jam enodavimus. שְׁמֶךָ nomen tuum. שְׁמֶךָ nomen, Genes. II, 11. VI, 4. sæpius adhibetur de fama vel gloria, Eccl. VII, 1. Phil. II, 9. Ita etiam h. l. de magna magni nominis Jehovæ gloria & fama, coelum, terrasque longe transcendente usurpatur. Schém enim absolute positum pro sanctissimo Numinis nomine, seu ipso Numine, in ipsa lingua Mosaica adhibetur, Lev. XXIV, 11. 16. XXII, 32. judicante Ed. LEIGHIO *in Crit. Sacr. P. 1. p. m. 428.* קָרָא vocatur: ) Radix est קָרָא vocavit, nomine aut verbis, appellavit, nominavit. Unde descenderunt Karaim, Karraei, Textuales, secta fuit prima inter Judæos, quæ rejecit omnes traditiones Majorum & Seniorum, & soli Textui, qui vocabatur קָרָא, contumaciter inhæsit, uti fatur *BUXTORFFIUS in Lex. Rabbin. Talmud. ad hanc vocem. LXX. utuntur verbo ἐπικαλεῖν, reddentes: ὅτι τὸ ὄνομα σὺ ἐπικέκληται, quia nomen tuum vocatum est. עַל-עִירְךָ super urbem tuam: ) עִיר denotat urbem vel civitatem, Gen. XLIV, 13. quanquam opere & muris non munita sit; LEIGH. P. 1. p. m. 291. Crit. Sacr. Quidam ad עִיר referunt, quod significat expergisci, seu excitari, quod עִיר urbs hominum actio-**

nibus & laboribus excitata sit, adnotante *BUXTORFFIO Lex Hebr. Chald.* p. m. 550. Unde Kiriath significat urbem splendidam, qualis erat Jerusalem, (quam h. 1. intelligit Daniel) observante *JANSENIO in Concordia Evang.* LXX. INTERPP. ponunt: ἐπὶ τὴν πόλιν σγ. Πόλις dicitur a πόλις, multus, quia civitas constat à multitudinem civium. *אֲדָמָה—לְעַמְּךָ* Et super populum tuum) Vox אֲדָמָה & אֲדָמָה notat populum, plebem, con- sociationem, multitudinem hominum, promiscue ex variis gentibus, nationibus, & Linguis collectum, juxta *MOLLERUM in Comment. ad Psalmos.* A LXX. INTERPP. redditur: ἐπὶ τὸν λαόν σγ. Λαὸς dicitur à λάω seu λάωω, fruor, quod nati simus ad societatem.

§. 26. Adductis *Versionibus, Paraphrasibus, & Notis Philologicis*, ipsos evolvamur *Commentatores*, quantum ad ultimum versus hujus ultimi punctum, adhuc in se continent. *Job. OECOLAMPADIUS in Comment. ad Dan. Lib. II. fol. m. 107. 108.* hoc modo explanat: *Quia nomen tuum invocatum est:*) Modus loquendi Hebræorum, pro eo, quod adpellationem ab aliquo sortitum sit, quasi dicat: Templum & civitas, ac populus, quæ nomine tuo adpellantur, populus & civitas Dei vocabantur. Sic *Jes. IV.* de viris dicunt mulieres, tantum nomen tuum invocetur super nos. Et *Gen. XLVIII.* Invocetur super eos nomen tuum, & nomina patrum meorum. Non autem illuc respicit, quod fuerit civitas, in qua invocetur a precantibus nomen Dei, licet etiam illud verum sit, & propheta reparari civitatem propter cultum Dei augendum oraverit. Cæterum nos videntes ecclesiam Christi, quæ est cœlestis Jerusalem imminui à tot hæreticis, affligi à tot tyrannis, contaminari à tot falsis fratribus male viventibus, negligi ab Episcopis, alia, quam quæ sunt Christi, quærentibus, obrestemur humiliter Deum, per fœdus illud æternum cum Christo, perque illius dignitatem, justitiam & obedientiam, sup-  
pli-

plicantes ut dispersam congreget, jacentem erigat, foedatam purget, ac sanctificet, àque tot hostium insidiis defendat & protegat. Paulo *clarior*, licet *brevior*, est in his verbis D. Jo. WIGANDUS in *Explicatione Danielis*, p. m. 308. Quia vera invocatio facta est in tua civitate, & amplius fiet, sonabit nomen tuum in ea: Vel, de hoc populo, de tua civitate, deque tuis cultibus in eo templo, increbuit, & innotuit per univèrsum terrarum orbem. B. D. GEIERUS in *Comment. ad h. l.* antecedentia observans, sic scribit: Etiam hæc ratio jam adhibita fuit v. 18. quæ nihilominus hic ob valorem suum non immerito repetitur, ita quidem, ut civitati simul adjiciatur Populus, videl. Israeliticus, quippe quem gentes adpellare consueverant populum Jehovæ. Bene huc quadrat *Glossa B. D. Luc. OSIANDRI*, in *s. Bibel-Werck* / fol. 125. Wenn du Herr/derowegen dein Volk und Stadt / so Gottes Volk und Stadt heisset / allerdings wirst aus der Acht lassen / so wird auch zugleich deines allerheiligsten Namens Majestät dadurch in Verachtung kommen. Es ist aber bekandt / wenn Gott dessen erinnert wird / daß er seines heil. Namens eingedenck seyn wolle / so komme er uns zu rechter Zeit zu Hülffe / und errette uns aus unserm Elende. Circa quam *Glossam*, minime postponenda est enucleatio B. D. MICHAELIS WALTHERI, in der 75. Predigt über den Propheten Daniel / p. m. 204. Die Motive und Ursache / sagt Er / die Daniel hier anführet / Gott zu gnädiger Audienz zu bewegen / nimmet er von der Sach / die Gottes eigen war / und will / er soll sich doch zur Er armung und Hülffe auffmachen / dann die Kirche sey ja nicht eines andern / sondern allein sein Heiligtum: Verzeuch nicht um dein selbst willen / denn deine Stadt / spricht er / und dein Volk ist nach deinem Nahmen genennet. Lieber Gott / will er sagen / du hast ja Jerusaleim / den

Tempel und das ganze Land / darinnen wir weyland gewesen sind / zu deiner gnädigen Residenz und Wohnung ausersehen / daß du dir daselbst aus unserm Mittel eine Kirch sammeln mögest / die dich ehren und preisen könnte / drum wirstu uns ja in unserm Exilio nicht ewiglich stecken / und verderben / noch deine Kirch unter uns ganz untergehen lassen / wer wolte sonst dich rühmen / und deinen Nahmen auff Erden groß machen / wann wir nicht wären? Derhalben hoffen wir / du werdest um dein selbst willen uns nicht länger von dir verstoßen / sondern unser Gebet erhören / und uns unserer Bitte gewehren. Post hoc *Exegema* addit devotissimus Theologus breve *Porsima*: Das ist ein treffliches Fundament / dessen sich heilige Leute oft gebrauchet / wenn sie den allgemeinen Untergang eines Volckes für Augen gesehen haben. An welches wir jetzt auch gedencken sollen / und in unserm Gebeth nichts vorbringen / als den Zustand der Kirchen und unserer reinen Religion, dadurch GOTT gepreiset wird / daß doch der Vater im Himmel um sein selbst und seiner Kirchen willen / unser und der Unsrigen ferner verschonen wolle.

Et sic satis de THEOLOGIA EXEGETICA.

Sequitur B. C. D.

### THEOLOGIA THETICA.

§. 27. Discimus ex hactenus dictis, quomodo oratio querulatoria & pœnitentialis instituenda sit, secundum exemplum Danielis nostri, ut DEO placeat, ut exaudiatur, & nos voti compotes reddamur: nempe corde fideli & credenti oriatur necesse est, humilis & instans sit. Et hoc creden-



denti & fideli corde clamare possumus, ceu DEI populus, ceu ejus liberi, qui juxta nomen Domini vocati sunt. Piis cordibus in cruce & prece solatium est, quod sciant pertinere ad DEI populum, ejusque liberos existere, & oves pascuæ ejus. Hinc confidenter clamabunt: Abba chare Pater, Rom. VIII, 15. Quam audaces & hilares sibi sunt ad Christum dicentes: Abraham noster & Pater, Joh. VIII, 39. Sed quid hoc est in comparatione illius, quod dicamus, DEUM esse nostrum Patrem, & nos ejus filios. Ipse nos fecit, & non ipsi nos: populus ejus, & pecus pascuæ ejus. Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, nempe ut filii DEI vocemur, dicente Johanne, magna cum admiratione, 1. Epist. III, 1. Si igitur naturales Parentes sciant bona dona dare liberis suis, cum sint mali, quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum Sanctum iis, qui ab eo petierint, Luc. XI, 13. Si versetur itaque in cruce & tribulatione, non desperabimus, sed è corde filiali, læto, & fiducia pleno ad eum clamabimus, ut chari liberi, ad charum Patrem, cum Daniele: **Wir liegen vor dir mit unserm Gebeth ꝛc.** Quomodo non omnia bona ab illo sperabimus? Sed nostra, uti diximus, precatio querulatoria & pœnitentialis sit *humilis*, sicut Danielis in Textu nostro, ne in illa nostra merita vel bona opera jactemus, & cum superbiente Phariseo nostrorum operum merita exponamus, dicentes: Domine, gratias ago Tibi, quod non sim ut reliqui homines rapaces, injusti &c. vel etiam ut iste publicanus, Luc. XVIII, 12. seqq. Non sic, sed faciamus ceu Daniel, dicens: *Non in justitiis nostris nos prosternimus preces nostras in conspectu tuo, sed in commiserationibus tuis multis.* Quando homo corde elato, & magna præsumptione per se coram DEO apparet, nil aliud facit, quam quod immutabilem discat consuetudinem DEI, qui superbos humiliat, & elata mente præditos dispergat. Superbus homo apparet

paret coram Deo oraturus, non quod oratione opus habeat, sed quia complacitum est ipsi, & sperat, Deum hunc honorem remuneraturum esse honore & beneficio. Brevibus, nihil absurdus est, quam corde superbo orare. Nunquam superbi tibi placuerunt, sed semper tibi placuit miserorum & humilium oratio, dicit pia Juditha, c. X, 13. Oratio iustorum penetrat nubes, nec remittit, donec illinc perveniat, nec desinit, donec Altissimus respiciat, dicit Sirach XXXV, 21. In Romana Ecclesia celebris Hispanica Virgo Tiresia dicere solita est, attestante *DREXELIO Lib. 1. Rhet. Coel. c. 10. §. 1. p. m. 125.* Deum nil tam celeriter vincere, allicere, & commovere, quam humilem orationem, quo n. plus humilitatis in corde, eo proximior DEUS cordi; imo quo humilior anima, eo charior sponsa est Christi. De *Aristippo* Philosopho quodam refert *LAERTIUS*, eum aliquando ad Regem Dionysium venisse, & apud illum pro amico intercessisse, cum vero ille Dominus non audisset, ad pedes ejus se dejecisse, & mox exauditum fuisse, hinc dixisse: Regem Dionysium aures habere in pedibus. Quamvis igitur DEUS aures in pedibus non habeat, tamen placet ipsi, si coram majestate ejus nos homines humiliemus, dicentes: Venite, prosternamur, & incurvemus nos, genua flectamus coram Jehova, creatore nostro, Psal. XCV, 6. Tandem oratio nostra sic constans, non fatigemur in illa fudenda, sed fiducialiter instemus cum Daniele: Ach **HERR** höre / ach **HERR** sey gnädig / ach **HERR** mercke auff / und thue es um dein selbst willen / und verzeuch nicht mein **GOTT** &c. Nostra oratio insuper sit *potens, permovens, seria*, & vera animæ motio, de multis conglomeratis, cordifluis verbis, gemitibus & lachrymis. Veri & devoti orantis cor, dicit Dominus *SCRIVER* in *appendice des Seelen-Schatzes* / *conc. 16. §. 40. p. m. 105.* est potens & superflua

flua

flua scaturigo, ubi aqua aquam sequitur, primo rivum, deinde flumen constituit: Gemitus gemitum sequitur, virtus virtutem, quæ omnia Deum permovent, & gratiam, solatium, & auxilium ab illo reportant. Cum aliquando ad Donatellum artificem lapicidam venisset impudens mendicus, neque destitisset stipem rogare, donec accepisset, & Deo gratias egisset, dicebat Donatellus: Non Deo, sed importunitati acceptum refer, quod stipem hanc acceperis, non verebar, te me superflua rogatione occidere. Quod huic Donatello ingratum erat, nempe instantia mendici, donec donum acciperet, illud beneplacet DEO, ut precibus semper instemus, neque lassifiamus, Luc. XVIII, 1. Vide ZWINGERI Tom. 1. *Theatr. Vit. hum.* pag. 685.

§. 28. *THEOLOGIA POLEMICA.*

*Tb. 1.* Sancti non possunt satisfacere pro pœna temporali: neque enim Daniel, vir Deo charus, audet suis justitiis tribuere valorem satisfaciendi DEO pro pœna exilii Babylonici.

*Antithes. SCOPPIUS in Apolog. contra HUNN, de Indulg. c. 40.* reponit: 1.) Daniele quidem satisfacisse, sed pro sua modestia sibi satisfactionem non adscribere. Rf. mirum est, tantum Prophetam modestia tantopere præpeditum fuisse, ut hoc tam utile compendium pœnas temporales satisfactionibus humanis evitandi, reticeret. Longe sequius AUGUSTINUS judicat, qui *in libr. de Eccles. Dogmat. cap. 35.* scribit, sanctos indignitatem suam non ex animi humilitate, sed ex rei veritate agnoscere. 2.) Liberationem à calamitatibus temporalibus hujus vitæ, satisfactioni non esse adscribendam, cum fatales pœnæ satisfactionibus non redimantur. Rf. 1.) nulla pœna temporalis absolute tam fatalis est, quin interveniente pœnitentia possit aliis operibus tolli, scribit BELLARMINUS *l. 4. de Pœn. cap. 3.* Si igitur opera ista pœnitentia-

H

lia

lia (quæ vocant) essent satisfactoria, satisfacere sane possent pro pœnis temporalibus etiam hujus vitæ, si enim pro gravissimis pœnis purgatorii satisfacere possunt, quidni possunt satisfacere pro longe levioribus, in hoc seculo sustinendis? 2.) Si opera ista pœnitentialia temporalem pœnam, etiam fatalem, tollunt; sine dubio pro ea quoque satisfaciunt: quid enim aliud est, pœnam tollere, quam pro ea satisfacere? Sed prius asserit BELLARMINUS, ideoque ex ejus sententia, opera ea pro pœnis temporalibus hujus vitæ etiam fatalibus satisfaciunt, *BALDUIN. in Examin. Apolog. Schopp. p. 309. seqq.*

*Tb. II.* Bona renatorum opera non merentur vitam æternam: illa namque ne quidem temporalia merentur beneficia; unde nec Daniel redemptionem ex captivitate Babylonica propter suas justitias, suaque postulat merita, sed sola nititur DEI miseratione in Christo fundata, v. 17.

*Antithes. 1.)* Excipit BELLARMINUS l. 5. de *Justificat. cap. 5. resp. ad 2. obj.* hunc locum ad rem non facere: siquidem Daniel non petat hic coronam, sed liberationem è captivitate, in quam populus DEI propter peccata devenerat. Sed Rf. Hoc quidem verum est, sed vim argumenti nostri nulla ex parte infringit: Si enim non sunt meritis exposita temporalia, quale fuit liberatio è captivitate Babylonica, multo minus æterna, cum sint longe majora, ideoque longe minus meritis proportio nata. At cum ex ipsa Papistarum doctrina necesse sit, meritis suam esse ad præmia proportionem, omnino oportet ea, quorum major est disparitas, minus esse proportionata: itaque si non meritis redduntur temporalia, multo minus æterna redduntur. Quis enim sanus credet, mereri posse opera illa vitam æternam, quæ temporalia bona non merentur? 2.) SCHOPPIUS *in Apolog. pro Bellarm. de Indulg. c. 27.* negari non posse, præmia temporalia & æterna dari bonis

nis

nis operibus. *Respondemus*: Quod dentur, non negamus: sed quod ex debito dentur, ut meritum, hoc ipsum est, quod negamus. DEUS enim ex mera misericordia sua in nobis dona coronat, studiumque pietatis præmiis hujus & futuræ vitæ, gratuito compensat, Ps. CIII, 4. 3.) IDEM *ibid.* magnam diversitatis rationem, ait, esse in eo, quod vita æterna promissa sit sub definita conditione, quæ si impleta fuerit, jure merces exigeretur; DEUM vero non promississe liberationem à captivitate Babylonica sub definita operis conditione. *Respondemus*: Omnino sub definita operum conditione liberatio illa à Deo promittitur, Deut. XXX, 20. 30. Quod si igitur promissio s. pactum gratuitum facit bonum opus meritorium, uti SCHOPPIUS opinatur; utique & Israelitæ liberationem à captivitate Babylonica propter merita sua petere potuissent. Verum impossibile est, gratuitam promissionem facere bonum opus meritorium: sic enim non esset gratuita. Quicquid enim gratis promittitur, gratis datur, etiamsi sub conditione promissum fuerit: conditio namque non causa promissa, sed modus acquirendi est. Unde recte BASILIUS *in Ps. CXIV.* Manet sempiterna requies illos, qui in hac vita legitime certarunt, non ob eorum merita factorum, sed de munificentissimi DEI gratia, in qua speraverunt. Videatur D. BALDUINUS *in Exam. Apolog. Schopp. p. 209. 213.* D. GERHARDUS *Tom. 4. LL. CC. loc. 20. de Bon. Operib. §. 90. p. 189. 190. 192. seqq.* PRÜCKNERUS *in Vindiciis Biblicis, P. III. p. 219. a.* CHAM. *Tom. 3. Panstr. l. 14. c. 17. §. 7-9. p. 244.* AMES. *Tom. 4. Bellarmin. Enerv. l. 7. c. 2. thes. 10. p. 200.*

## THEOLOGIA ETHICA,

& quidem:

### a.) NUTHETICA.

Instituenda nunc est probatio & examen, quomodo hactenus

H 2

nus

nus cum precibus nostris comparatum fuerit, an nos etiam vera & filiali fiducia, cordisque humilitate indefinenter rogaverimus? Ah! quam parum fidei & fiducia plurimi in sua oratione cum Deo loquentes exhibent? Respiciunt magis indignitatem & infirmitatem, quam Deum, & ejus gratiam & misericordiam, omnipotentiam, fidelitatem, & veritatem; De exauditione precum suarum dubitant &c. Non putant, se à Domino aliquid accepturos esse. Nam dubitans est inconstans in omnibus viis suis, dicente Jacobo, c. 1, 7. 8. Nos non sic. Sed plus fiducia in nostrum patrem cœlestem figamus & ponamus, ut olim Naëmi in Bôas, in nulum Ruth, dicens: Quiesce mea filia, dum experiaris eventum, vir non quiescet, donec ad finem perducatur, Ruth. III, 18. Sic nos dicamus, postquam rem nostram & necessitatem Deo commendaverimus: Quiesce anima, donec experiaris, quomodo res se habeat. Pater enim tuus, cui miseriam notam fecisti, non quiescet, donec eam removerit; Ast sæpe adeo pleni dubitationis sumus, ut os nostrum quidem hoc vel illud roget, cor nostrum vero aliud cogitet: Sic perpendamus rem paulo accuratius, an hætenus in vera cordis humilitate nostra oratio peracta fuerit? Heu! quam magnus reperietur defectus! Nam est hoc, quæso, se humiliare coram DEO, quando sine omni devotione celerrimo cursu preces ejaculamur, ut cor minimum de illis sciat & sentiat? Quomodo ejusmodi preces Deo placebunt? Cum quis tibi cibum in mensam ferret, in falsum & insipidum, ut fastidium quis capere possit, anne ipsi gratias ageres? nonne canibus hunc cibum devorandum projiceres? Quam sæpius orationem Dominicam recitantes, absque devotione, binas vel ternas preces supergredimur? Cum igitur ita sit, cur adeo securi in oratione sumus, tanquam artem orandi dudum edidicissemus. Et cum rem paulo accuratius introspeciamus, an indefinenter orare studuimus? An delassati fuerimus, cum

DE.

DEUS justo iudicio auxilium suum aliquantisper distulerit? An destiterimus orare, quærere, pulsare, & Deum insequi, cum simulaverit, tanquam non audisset, cum se absconderit, & fores occluserit, vel cum ostenderit, quasi gratiosam præsentiam nobis retraxerit? Sic nos fatebimur, in hoc passu magnas edidisse mendas.

β.) THEOLOGIA PARÆNETICA.

Cum igitur tot tantosque defectus in oratione commisimus, illud cogitemus, ut ejusmodi mendas corrigamus, & nos emendemus. Difficilis res est, ardentè & devote orare, hic labor, hic opus est, devotionem cordis & cogitationem ad recitandam unicam orationem Dominicam firmiter continere. *Cornel. d LAPIDE* refert de *Cardinali Bellarmino*, quod questus fuerit, se non devote orare posse, cui *Alvysius* respondisse fertur: se mirari, hominem reperiendum esse, non devote orantem. Nos merito miramur hujus viri proterviam, sibi adscribentem ejusmodi ingentem & constantem devotionem; Profecto *Divus Augustinus*, ardentissimus orandi Magister existens, detestatur, se ipsum nunquam plures tentationes à Diabolo se habere, quam inter precandum. Ad pium Abbatem *BERNHARDUM* veniebat olim talismodi turgidus Phariseus, devotionem suam ebuccinans; Bernhardus promittebat illi optimum & generosum equum dare in cœnobio existentem, dummodo unicam orationem Dominicam sine omnibus peregrinis cogitationibus recitaret. Turgidus Phariseus moliebatur quidem, sed è conscientia rogatus respondebat, hoc se non præstare potuisse, sed cogitasse, unde frænum capeffendum sit ad illum donatum equum abducendum & regendum? Hinc, charissimi Auditores, nostra oratio curæ cordique nobis sit, cum caro & sanguis adeo debilis, imo nimis malitiosus sit, & nostram devotionem omnibus viis amoliri, & plane destruere curet, ut oraturi semper misericordem patrem in no-

mine filii Christi invocemus, de spiritu gratiæ & precum, Zach. XII, 10. ut illum super nos effundat, & sic veram & seriam devotionem in nostris cordibus accendat, & excitet. Nobis quoque videndum est, devote & ardenter oraturis, ut absconditum & remotum locum eligamus ad orandum, ne ab externis objectis turbemur, sed filiali fiducia, & Christiana patientia nos DEI voluntati in sancta attentione permittamus.

### *THEOLOGIA PARACLETICA.*

Quam sanctus ille, quam beatus ac fortunatus, cujus anima instar philomelæ obtenebratæ etiam in suis precibus, ut sic loquamur, occoecatus & obtenebratus est, ut nihil videat, quam Dei benignitatem & misericordiam! quæ orat anima, cantat & ingemiscit, ut DEUS & omnes sancti angeli cum delectatione audiant! Quamvis nobis videatur primum admirabile, nihil in hoc mundo lætum nobis aspiciendum esse, & cogitandum, quid exinde fiet, attamen, experientia teste, nemo acrius videt! neque amœnius cantillat, quam qui à mundo segregatus, in placida simplicitate, clausis rationis oculis cor suum ad Deum dirigit! Talis precatio tam certo à DEO exauditur, quam certo Danielis oratio, in nostro Textu exaudita fuit, ceu ipse refert: *Cum ita loquerer, & orarem, advolabat Angelus Gabriel.* Hæc exempla non sunt scripta, dicente Luthero, *Tom. IX, Altenb.* ut semel tantum legamus, ceu in politicis exemplis facimus, sed ut inde instruamur, & reputemus, ad nos pertinere, neque de exauditione orationis nostræ dubitemus, locum, tempus, & circumstantias voluntati & consilio divino committamus. Hoc facturus reapse sentiet, preces nostras mirabilem habere virtutem. *Deus det, ut in nostra oratione semper exaudiamur per Christum, Amen!* Si quidem in hunc finem concludimus, & ipsis verbis Textualibus Deum ardenter petimus:

**Wie**



Wir liegen/grosser GOTT /  
 Vor dir mit dem Gebet nicht auff Gerechtigkeit /  
 Als hätten wir gerecht / und fromm vor dir gelebt;  
 Ach nein! ach nein! vielmehr auff die Barmherzigkeit /  
 Die sich in uns mit Trost vermehret /  
 Und aus der Sünden Tieffe hebt.  
 Drum / HErr / solas in Gnad die Seuffzer seyn er-  
 höret /  
 Die unser traurig Herz in Noth und Angst aus-  
 schütt /  
 Ach HErr! erzeige uns doch deine Vater = Gütt /  
 Und mercke auff / was deine Knecht vorbringen /  
 Thu es / HErr / um dein selbst:  
 Verzenn doch nicht / laß unsern Wundsch gelingen /  
 Weil dein Volk schon die Wunder = Hülffe ken-  
 net /  
 Ja sich die Stadt nach deinem Nahmen nen-  
 net!

Paucis nunc restat

## THEOLOGIA HOMILETICA.

### DISPOSITIO I. SCHEMATICA.

*Prel.* Marc. I, 4. Johannes predigte: Thut Busse /  
 und gläuber an das Evangelium.

*Exord.* Eine rechte durchdringende Buß = Predigt  
 hielt dorten der heilige Apostel Petrus denen Jüden / da  
 Er sagt: So thut nun Busse / und bekehret euch / daß eu-  
 re Sünden vertilget werden.

*Transf. ad Text.* Was hier Petrus predigte im N. T.  
 von der Busse / eben das prediget auch Daniel im A. T.  
 und trägt Gott sein Buß = Gebeth vor. Wir liegen  
 vor

vor dir mit unserm Gebeth  $\alpha \beta \gamma$  nach deinem Nahmen genennet.

Prop. Daniels deh- und wehmüthige Buß-Predigt / welche bestehet:

I. In einem beweglichen Eingang / welcher den Zweck zeigt / worauff seine Predigt gerichtet sey / nehmlich:

a.) *Negative*, nicht auff seine / noch seines Volckes Gerechtigkeit. T. Wir liegen vor dir  $\alpha \beta \gamma$  nicht auff unsere Gerechtigkeit.

β.) *Positive*, sondern auff Gottes grosse Barmherzigkeit. T. Sondern auff deine grosse Barmherzigkeit.

II. In einer nachdrücklichen Abhandlung / darinnen er vor GOTT inbrünstig betet / und Ihn bittet: 1.) Um gnädige Erhörung. T. Ach HERR höre. 2.) Um der Sünden Vergebung. T. Ach HERR sey gnädig. 3.) Um gütige Beobachtung. T. Ach HERR mercke auff. 4.) Um willige Bewerckstelligung. T. Und thue es. 5.) Um baldige Beschleunigung. T. Und verzuech nicht.

III. In einer nützlichen Anwendung / so die Zuhörer lehret und tröstet / warum Gott seinem Volck die Sünde vergiebt / und ihr Buß-Gebet erhöret? nehmlich:

1.) Um seines Nahmens Heiligkeit. T. Um dein selbst willen.

2.) Um seiner Stadt / und seines Volckes Nahmens Herrlichkeit. T. Denn deine Stadt und dein Volck ist nach deinem Namen genennet.

ANUS Didasc. Wir lernen hieraus / daß unter andern Schuldigkeiten eines rechtschaffenen Geistesfrigen Lehrers und Predigers / auch dieses seine Pflicht sey / seinen anvertrau-

vertrau-

vertrauten Seelen-Kindern Buße zu predigen/ sie von Sünden und Lastern ab - und zu einem frommen Tugend-Wandel anzumahnen.

*Elencht.* Wieder diejenigen / so nur Polster-Prediger seyn/ Sünden und Laster im Schwange gehen sehen/ und solche doch nicht straffen / sondern statt des Gesetzes nur mit dem Evangelio die Ohren kitzeln/ um der Welt Feindschaft zu vermeiden / und nur Liebe und Freundschaft zuerjagen.

*Epanorth.* Wenn aber gewissenhafte Priester ihr Straff-Amt in ihren Buß-Predigten brauchen/ O wie gottlos/ und höchst unverantwortlich thun diejenigen Zuhörer/ welche solche treuhertzige Buß- und Gesetz-Predigten in Wind schlagen / und sich daraus nicht bessern. O wie wird sie der HErr hier und dort davor straffen!

*Pedert.* Wisset ihr nun solches / and. Buß-Herzen / so nehmet doch die Straff- und Buß-Predigten eurerer Beicht- und Seelen-Väter mit sanftmüthigen Herzen und Gemüthe auff / mit David euch resolvirende: Der Gerechte schlage mich freundlich / das wird mir so wohl thun/ als ein Balsam auff meinem Kopff/ Pl. CXXI, 5. Bessert euer Leben und wandelt darnach/ und stimmnet mit Daniel in unserm Text ein andächtig Buß-Gebeth an / nicht auff eure Gerechtigkeit/ sondern auff Gottes grosse Barmherzigkeit.

*Consol.* So soll es auch niemahls am Troste mangeln: der HErr wird/nach unserm Buß-Text/ euer Gebeth erhören / eure Sünde euch vergeben / sich euer Elend und Noth lassen zu Herzen gehen / es thun um sein selbst willen / und mit seiner Gnade und Hülffe nicht aussen bleiben.

## II. DISPOSITIO EMBLEMATICA.

*Exord.* Ob wohl der Heil. Geist in der Schrift durch

3

un-

unterschiedliche schöne Bilder und Gleichnisse / die in Oratoriam sacram, und Svadam filiorum DEI, d. i. Das liebe Gebeth einer andächtigen Seele entworffen / und abgemahlet: so ist doch auch nicht zu übergehen dessen Abbildung mit dem Weyrauch / daraus ihm der Allerhöchste durch Mosen liesse ein köstlich Rauch-Werck bereiten / und befahl ihm täglich solches auff dem darzu gewidmeten Rauch-Altar anzuzünden / und damit zu räuchern / Exod. XXX. Bey welcher Handlung denn der grosse Gott nicht sowohl auff den leiblichen als vielmehr auff den geistlichen Weyrauch des Gebeths reflectirte. Denn es mußte zu solchem Rauchwerck sonderlicher reiner Weyrauch genommen werden / weil das Gebeth der gläubigen Seelen / als der beste Weyrauch / aus reinem Herzen gehen soll / welche reine Herzen seelig seyn / und Gott schauen sollen / Matth. V, 7. Wie denn auch David dahin zielt / und sein zu Gott aufsteigendes Gebeth / einem angezündeten Weyrauch und Räucher-Werck vergleicht. Ps. CXLI. v. 2. Mein Gebeth müsse vor dir tügen wie ein Rauch-Opffer / und mein Händeauffheben wie ein Abend-Opffer. Eben dahin ist auch zu ziehen die nachdenckliche und verblühnte Frage / so der himmlische Seelen-Bräutigam läffet abgehen: Cant. III, 6. Wer ist / die herauffgehet aus der Wüsten / wie ein gerader Rauch / wie ein Geruch von Myrrhen / Weyrauch / und allerley Pulver eines Apothekers? Wer ist? Niemand anders / du wunder schöner Bräutigam / als deine auserwehlte liebe Braut / die Christliche Kirche / und darinnen eine iede gläubige / andächtige / und herzlich betende Christen-Seele / deren Herzen von dem heiligen Geist / als rechte Thymiamata, Suffimenta, Thuribula, Rauchwerke und Rauch-Fässer bereitet und zugericht / daruff

er

er den wohlriechenden Weyrauch eines andächtigen Gebets selbst anzündet / daß dessen Rauch gerade zu Gott hinauff gen Himmel steigt / und dessen lieblichen Geruch der Herr rieche / wie er dorten roche den lieblichen Geruch des Brand-Opfers auff dem Altar Noa / so er dem Herrn erbauet hatte / Gen. VIII, 20. &c. conf. dicta: Lev. I, 9. 13. 17. II, 9. III, 5. IV, 31. VI, 21. Num. XV, 7. 10. 24. Lev. VI, 15. *Transitio ad Text*: Und solchen Geistlichen Gebeths Weyrauch ließ auch der heilige Prophet Daniel zu seinem Gott auffsteigen: Wenn er in unserm Buß-Text betete: Wir liegen **HERZ** vor dir mit unserm Gebeth = = deine Stadt und dein Volk ist nach deinem Nahmen genennet. Woraus wir sinnbilden: Des Propheten Daniels / und aller frommer Christen andächtiges Buß-Gebeth / unter dem Gemälde einer Rauch-Pfannen / mit glühenden Kohlen / worauff der köstliche Weyrauch gestreuet wird / welcher sehr hoch und immer höher steigt / bis er endlich durch des Himmels Wolcken dringet / worinnen sich der grosse Gott mit einem gar liebreichen Angesicht präsentiret / mit der Epigraphe:

SUAVIA THURA DEO,

Reiche / und steige mein Weyrauch zu Gott /  
Dringe / und bringe mir Hülffe in Noth.

Daben wir auch zu sehen haben:

I. Das goldne Rauch-Gefäß / drinn sich der Weyrauch findet; Dieses ist nun hier in unserm Text / Daniels und aller frommen Christen:

a.) Andächtiges Beth-Hertz. I. Wir liegen vor dir mit unserm Gebeth.

I 2

β.) De

β.) Demüthiges Buß-Hertz. T. Nicht auff unsere Gerechtigkeit.

II. Das heilige Feuer / so den Weyrauch bald anzündet. Diß ist das gläubige Vertrauen und Zuversicht auff den HErrn / welcher in unserm Text beschrieben wird:

1.) Als ein gnädiger. T. sondern auf deine grosse Barmherzigkeit.

2.) Als ein wunderthätiger HErr / welchen Daniel 3. mahl anredet / und spricht : HErr / HErr / HErr / ach HErr höre / ach HErr sey gnädig / ach HErr mercke auff / und leslich sagt er : Mein Gott. T. Verzeuch nicht / mein Gott / wodurch er denn andeutet Thaumaturgicum & Pantocalo poëticum illum coeli terræque Dominum.

III. Den lieblichen Geruch / den Gott der HErr empfindet / indem er aller Gläubigen Beth-u. Buß-Herzen = Seuffzer :

a) Gnädig erhöret. Text. Ach HErr höre.

b) Hülffe bescheret. T. Ach HErr sey gnädig.

c) Die Bitte gewähret. T. Ach HErr mercke auff / und thue es / und verzeuch nicht.

d) Seine Ehre dadurch vermehret. T. Um dein selbst willen.

e) Seine Stadt und Volck mit seinem Nahmen beehret. T. Denn deine Stadt und dein Volck ist nach deinem Nahmen genennet.

USUS.

Didasc. Wir lernen hieraus / daß / wenn wir gnädige Vergebung unserer Sünden erlangen / und in unserm Anliegen Hülffe / Trost und Erhörung genießen wollen / wir den geistlichen Gebets-Weyrauch / auff dem Kohlsfeurigen

feurigen Gold-Altar eines andächtigen Beth- und Buß-  
Hergens zu den liebeichen Gott im Himmel allein  
müssen aufsteigen lassen.

*Polem.* Soll nun der Gebets-Weyrauch Gott allein an-  
gezündet werden / nach dem Göttl. Befehl : Du solt  
anbeten Gott deinen Herrn / und ihm alleine die-  
nen. O wie wollens die Herren Papisten dermahlts  
eins verantworten / wenn sie solchen der Marien / und  
andern verstorbenen Heiligen opfern / und von ihnen  
Hülffe und Seegen erwarten.

*Ped.* Wir / die wir Gott Lob! eines Bessern unterrichtet  
seyn / sollen unablässlich diesen geistlichen Gebets-Wey-  
rauch bloß dem Herrn unserm Gott anzünden / und  
in unsern Leibes- und Seelen-Nöthen unsere Seuffzer  
Himmelan schicken / daß unser Gebet vor Gott tüge /  
wie ein Rauch-Opffer / und unser Hände auffheben /  
wie ein Abend-Opffer / Ps. CXLI, 2. Daß es heiße nach  
unserm Sinn-Bild : Svavia thura DEO. Reiche und  
steige mein Weyrauch zu Gott zc.

*Consolat.* Lassen wir nun den Gebets-Weyrauch solcher  
Gestalt Himmel aufsteigen / es so wird der Herr des-  
sen lieblichen Geruch riechen / und gnädige Hülffe und  
Seegen wieder Himmel absteigen lassen.

### III. SCHEMATICO - SYNTHETICA.

*Prel.* Auff Pfeile müssen wieder Pfeile folgen. Die  
Göttl. Zorn-Pfeile müssen mit bußfertigen Gebets-  
Pfeilen auffgefangen werden. David fühlte dorten  
solche scharffe Zorn-Pfeile / da er klaget : Psal. XXXVIII,  
3. Herr / deine Pfeile stecken in mir / und Psal. XLV,  
6. Scharff sind deine Pfeile zc. Allein er wuste sol-  
che Göttl. Zorn-Pfeile auch durch andächtige Ge-  
bets-Pfeile abzuwenden / welches seine schönen Buß-

Psalmen genungsam bezeugen. *Applic.* Nun so sollen wir es auch heute machen an diesem Buß-Tage / und da wir auch die Göttl. Zorn-Pfeile in unsern Herzen fühlen / dagegen andächtige Buß- und Gebets-Pfeile zu GOTT abschießen / mit Daniel: Wir liegen vor dir zc.

*Exord.* Solten wir (Dil.) des Propheten Daniels / und mit ihm aller gläubigen Christen andächtiges Buß-Gebet / in unserm heutigen Buß-Text / so sie zu GOTT abschicken / in einem Emblemate oder Sinnens-Bild entwerffen / so wolten wir solches mit dem ingeniosen Engelgraven in s. *Luce Evangelica*, P. 1. p. 216. mit einem Pfeil vorbilden / der auff einem gespannten Bogen lieget / und abgeschossen wird / mit dem Lemmate: Consequitur, quodcunque petit, oder:

Quæ petit, ista ferit.

Hält einer hier recht still /  
Er trifft stets / was er will.

Anzudeuten / daß / wer mit dem Gebets-Pfeil das Ziel treffen will / stille halten / und nicht wancken / noch andere Gedancken haben muß. *Transf. ad Text.* Diesen Geistl. Gebets-Pfeil schosse nicht nur der Heil. Prophet Daniel in unserm Buß-Text ab / sondern es trucken ihn noch heut zu Tage alle gläubige Christen in allen Leibes- und Seelen-Nöthen ab / und treffen damit das liebevolle Vater-Hertz Gottes / sagende mit Daniel: **H**err / wir liegen vor dir mit unserm Gebet zc. So heist es denn:

Consequitur, quodcunque petit.

So oft er nur war abgedrückt /  
Hat ihm allzeit das Ziel gelückt.

Woraus wir denn vorstellen:

DA



Daniels/ und mit ihm aller gläubigen Buß-  
Hertzen Geistlichen Gebets-Pfeil.

- I. Wie sie solchen abschiesßen/ nehml.
  1. In heisser Andacht. T. Wir liegen vor dir mit unserm Gebet.
  2. In tieffer Demuth. T. Nicht auff unsere Gerechtigkeit.
  3. In Kindlicher Zuversicht. T. Sondern auff deine grosse Barmherzigkeit.
- II. Was sie damit treffen/ scil. das liebeiche Vater-  
Hertz Gottes/
  1. als ein hörendes. T. Ach Herr höre.
  2. als ein gnädiges. T. Ach Herr sey gnädig.
  3. als ein auffmerckendes. T. Ach Herr mercke auff.
  4. als ein hülfreiches. T. Und thue es.
  5. als ein zerbarmen eilendes. T. Und verzeuch nicht.
  6. als ein seine Ehre beförderndes. T. Um dein selbst willen.
  7. als ein seiner Stadt und Volck sehr geneigtes Hertz. T. Denn deine Stadt und dein Volck ist nach deinem Nahmen genennet.

USUS.

*Didasc.* Wir gründen uns hieraus in der Lehre vom Gebeth/wie höchst nöthig und nüssl. es sey/ diesen Gebets-Pfeil zu Gott abzuschiesßen/ d. i. nach dem Propheten Daniel in uns. T. vor Gott mit seinem Gebet zu liegen/ nicht auff seine Gerechtigkeit/ sondern auff Gottes grosse Barmherzigkeit/ wenn man anders mit diesem Pfeil was treffen / d. i. gnädige Vergebung der Sünden/ und Erhörung erlangen will.

*Polem.* Wider die Epicurer und Atheisten/ welche nicht ein-  
mahl


mahl glauben/ daß ein Gott sey/ vielweniger den geistl. Gebets-Pfeil zu Gott abschiesßen / d. i. an die Buße und Gebet gedencken / sondern an statt dessen lauter Verfolgungs-Lasterungs- und Fluch-Pfeile wider ihn und sein heil. Wort abdrücken / in Sünden / Schanden und Lasteren mit der wilden Gang in die Wette leben / als wenn weder Himmel noch Hölle / weder Sterben noch Auferstehung und jüngstes Gericht zu hoffen wäre.

*Padevt.* O so hütet euch demnach / and. Buß-Herzen / hütet euch für ihnen / und machts besser. Denn so euch die grosse Barmherzigkeit Gottes zu statten kommen soll / nach unserm T. und euch der Herr erhören / und gnädig seyn soll / o so nahet euch zu dem Herrn euren Gott / mit Daniel / und schiesset getrost euren geistl. Gebets-Pfeil ab / in wahrer Andacht und herrlicher Demuth / allermassen er ja solches selbst von euch begehret / Ps. L. Ruffe mich an zur Zeit der Noth / so will ich dich erretten 2c.

*Consol.* Glückselig und seelig send ihr / so ihr solches thut. Ihr habt euch / nach unserm Text / der grossen Barmherzigkeit Gottes zu versichern / Krafft welcher euer abgeschossener Gebets-Pfeil sein Ziel wohl treffen / und der Herr euer Buß-Gebet erhören / euch gnädig seyn / auffmercken / und es thun wird / und nicht verziehen / um sein selbst willen / denn ihr / als sein Volk / seyd ja nach seinem Nahmen genennet.

*Tantum!*

*SOLI DEO Benignissimo Gloria, Laus & Honor!*



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

digitalisiert:		
misc. 52	PPN	278388817



Coll. diss. B. 7

